878
D1
M5

A 1,015,248


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

~~3. U. U.~~

578
D
M5

Dares, Phrygius
C 1551

DARETIS PHRYGII

DE

EXCIDIO TROIAE HISTORIA

RECENSUIT

FERDINANDUS MEISTER

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXXIII

875.
D1
MS

Quod pretium libris manu scriptis Daretis Phrygii tribuendum esset cum ante hoc biennium quaererem[1]), non dubitavi codici Bambergensi quamvis multis foedisque vitiis inquinato palmam decernere eumque in textu quem dicunt constituendo sequi. Sed paulo post, id quod tum ne sperare quidem ausus eram, contigit, ut alia praesidia critica acciperem quae nescio an etiam pluris aestimanda sint.

Etenim haec mihi iam tum praesto erant:

F. Florentinus Laur. LXVI. 40 f. 6[b] Saec. X. partim a collega doctissimo Riccardo Foerstero, cum litterarum causa in Italia versaretur, partim a viro humanissimo Ludovico Jeepio collatus: in eo desunt haec: p. 9, 11 ubi ita audisset — nuntiatum est Pylum p. 13, 5. scriptus est a Johanne Subdiacono.

G Sangallensis bibliothecae monasterii n. 197 Saec. X quem egregie mihi contulit Eduardus Woelfflinus.

H Bernensis n. 427 Saec. X intercedente Hermanno Hageno collatus ab Emilio Kurzio.

Praeterea autem ipse contuleram hos libros:

A Codicem bibliothecae universitatis litterarum Vratislaviensis IV F 33 saec. XIII

B Bambergensem E III 22 saec. X

O Guelferbytanum Ang. 36 19 fol. saec. XV

R Rhedigeranum bibliothecae Vratislaviensis oppidanae Scr. I 7 n. 2 saec. XIII

---

[1]) Ferdinand Meister, über Dares von Phrygien de excidio Troiae Breslau 1871 Programm des Gymnasiums zu St. Maria Magdalena.

Ad hos accesserunt

D Dresdensis bibliothecae regiae D 107 saec. XIII mutilus, pertinet usque ad verba „Troiaeque expugnationem“ p. 22, 5.

L Leidensis bibliothecae universitatis Vossianus Lat. F. 113 saec. X, quem maxima benevolentia vir doctissimus W. N. du Rieu mihi concessit. deest initium, incipit a verbis p. 12, 1 „dies festus erat his diebus“.

M Monacensis n. 601 saec. X fort. IX, quem Carolus Halmius qua est egregia humanitate ipse mihi contulit.

V Vindobonensis bibliothecae imperialis n. 226 saec. XII, cuius collationem suam liberalissime mihi concessit Ioannes Schmidt.

Postremo textu novae huius editionis iam typis exscripto forte accidit, ut vir doctissimus W. Foerster Vindobonensis, qui hoc ipso tempore litterarum causa Parisiis versatur mecum communicaret se ad novam Daretis editionem parandam codices bibliothecae Parisiensis publicae exquisivisse. Et cum ego ei statim specimen typographicum a me correctum misissem, paucis post diebus collationem optimi codicis Paris. saec. IX n. 7906 quem ille *P* nominavit diligentissime factam ab eo accepi, quam in meum vel potius litterarum usum converterem. Paullo post idem vir doctissimus mihi specimen cod. Par. 10307 saec. XI (P^1), 17812 saec. XII (P^2), 18270 saec. XIII (P^3) transmisit.

Quo insperato rerum favore factum est, ut ad genuinam scriptoris formam propius accedere et hoc quoque loco nonnulla addere liceret.[1])

---

[1]) *Scribendum est enim* 2, 1 in Peloponenso, *ex P solo delendum* quod 2, 16, *ex MP scrib.* 1, 10 gestae essent quas 13 minime *pro* anne, 2, 10 fortissimus 9, 12 deberet—*ex LP* 13, 23 conparandam 19, 14 cui rei Achilles 20, 21 ibi 33, 18 *del.* ideo 34, 4 in v. qu. in 18 *del.* exultanti et 21 *del.* hostes

Praeterea magnus extat codicum numerus, quos, cum inspicere aut noluerim aut non potuerim, certe enumerare non superfluum mihi esse videtur, veluti Lipsiae cod. Haenelii fol. 143 saec. XIV cf. Serapeum VII, 233, Lugduni, ut vir doctissimus du Rieu mecum commucavit, bibl. Publ. Lat. 133 B saec. XV, Vindobonae tres codd. saec. XV n. 3221 n. 3400 n. 3517, quos Ioannes Schmidt inspexit, Parisiis[1]) in bibliotheca publ. praeter eos quos supra commemoravi quindecim saec. XII XIII XIV XV, Monte Pessulano in bibl. scholae medic. n. 121 saec. XII, n. 131 saec. XII, Trecis n. 1940 saec. XV, Romae, id quod Riccardus Foerster mecum communicavit 1. Vat. lat. 1795 fol. 1, Vat. lat. 504 fol. 105[b] — fol. 110, Vat. lat. 5261 fol. 81—102, Vat. lat. 5622 fol. 38—52, lat. 3683, lat. 3339 fol. 248—259. 2. Palat. lat. 910 fol. 2—9, ubi haec: explicit ystoria de bello graecorum et troianorum a darete frigio composita. 3. Regin. lat. 905 fol. 1—13. Incipit prologus Cornelii Taciti in historia troia; Cornelius nepos salustio crispo suo salutem. Regin. lat. 946 fol. 24—28[b], Regin. lat. 1847 fol. 10—20. 4. Ottob. lat. 1808 fol. 140—166 (ex codd. Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps), Florentiae in Riccardiana n. 824. Praeter hos Daretis liber extat Cantabrigiae[2]) in bibliotheca Caiana, Oxonii in Collegio omnium animarum, Ant-

---

43, 3 ad portas conf. 44, 7 proelium instruit 10 pariter concurrunt 18 possint 46, 1 mala multa 47, 2 *del.* atque 3 *del.* clam 48, 3 unde omnibus — *ex L quem denuo contuli, cuius secunda manus suepe praestantiores lectiones praebet* 12, 9 At v. H. 19, 13 mitterentur 23, 12 advenerit 28, 21 *et* 38, 20 funerari 33, 10 *del.* porro (productores *P*) 35, 12 d. i. esset imp. 37, 9 non etiam 39, 17 A. veniens o. et 40, 19 foedusque *M om. L* (pacem foedus *PL, sed hic punctis notatum*) 49, 7 denuntiavit.

[1]) A. Joly Benoit, de Sainte-More et le roman de Troie. Paris 1870. 1871 II p. 172 ff. non omnes enumerat. [2]) Ger. Ioa. Vossius de historicis Latinis lib. III. p. 701.

werpiae codex qui Moreti fertur fuisse (etiam Pindarum Thebanum continens) saec. X, Bernae n. 392 saec. XII, n. 29 (Bongarsianus) saec. XIII, Bruxellis in bibl. Burgundica a. 1119 scriptus, Duaci n. 835 saec. XII, Montibus Hannoniae saec. XIII etc. etc.

Iam vero ut de iis libris quibus ipse usus sum paucis exponam, non erit difficile duas quasi familias discernere, unam eorum qui, quamvis singula corrupta sint, in universum tamen a librariorum licentia integriores manserunt, scilicet *LMPP*[1]*BH*, alteram eorum qui plurimis cuiusque generis additamentis corrupti sunt, *GFP*[3]*V*, quae, etiamsi nonnullae lacunae illorum librorum recte his explentur, tamen maximam partem librariis videntur adscribenda esse. Prioris familiae quo melior est *L* correctus a prima, ut videtur, manu, eo magis dolendum quod mutilus est atque initium desideratur: proxime ad hunc accedit *M*, quapropter ita rem institui, ut textum quem praebet *L* et usque ad p. 12, 1 *M* quam maxime sequerer, reliquorum librorum lectiones, quippe quae plurimae librariorum incuriae aut inscitiae debeantur rarissime tantum commemorarem. *B* et *H* mendis scripturae potius quam iusta lectionis discrepantia ab his diversi maxime inter se consentiunt et fortasse ex eodem fonte fluxerunt. pluribus tamen lacunis *H* quam *B* laborat, quamquam etiam nonnulla in *H* leguntur quae in *B* desunt, ut p. 24, 9 fugat—interfecit, p. 36, 13 vocat—consulit, p. 47, 10 Antenor ut vidit se obstrictum, p. 47, 18 clam—Agamemnonem, p. 51, 12 Polyxena Agamemnoni praesentetur.

Ex altera familia longe praestantissimus est *G*. qui cum, ut mihi quidem videtur, aevo medio saepius usurpatus sit a viris doctis atque poetis, eius quoque discrepantes lectiones omnes enumerandas esse censui. In fine huius libri addita sunt quaedam quae hoc loco nolui praeterire, etenim p. 118 sub finem scriptum est hoc:

ITEM DE ENEA ET ANTENORE

p. 119

gitur aeneas cum adhuc apud troiam post profectionem maneret grecorum cunctos ex archadia atque ex proxima poene insula sollicitare coepit. adit. orat. uti secum antenorem exuerent. et se in regnum sub limarent; At postquam de se peruerso nuntio antenor audiuit. regrediens ad troiam in perfecto negocio facile cohibetur. et prohibet, Ita eneas coactus cum omni patrimonio atroia nauigat. uenitque ad mare atricum; Multas interim gentes praeuentas. ibi cum his qui secum *etc.*

octo versus

Nunc reditum nostrorum narrare libet:

DE REDITU GRECORVM A TROIA

Igitur postquam inpositis cunctis

triginta quatuor versus

neque tamen inualidus uirium

EX PLICIT DE REDITV GRECORVM A TROIA

Manifestum est epitomatorem quendam haec ex Dictye V,17 et VI addidisse eo consilio, ut narrationem quae minus perfecta videretur, ad finem perduceret.

Ad hunc librum proxime accedit *F*, non quidem statim ab initio, sed fere a fine capitis XIX ita, ut permultis locis etiam in rebus levissimis uterque consentiat. Quamvis autem non raro hic liber plurimis additamentis foede inquinatus sit, tamen in quibusdam genuinam speciem servavisse eum apparet atque etiam sub hac forma praestantia libri, unde descriptus est, cognosci potest. Quantopere autem mutata sint verba scriptoris uno tantum exemplo demonstrabo. Extrema pars cap. IV (fol. 9[b]) haec est:

hectorem in peonicam misit. In Ilio portas fecit quibus nomina haec sunt antenoridas dardania caiascea timbrea troiana. Denique postquam ilium munitum vidit et regnum stabiliit, tempus ei visum est

ut iniurias eorum qui ad troiam uenerunt cum exercitu laumedontem patrem suum occiderunt. hesionem sororem abduxerunt de eis se ulcisceretur et de ea re uti satisfaceret et sibi hesionem remittant. Antenorem legatum mittit.

Consentit cum libro *G* etiam *V*, sed hic quoque qui longe recentioris est temporis ita, ut saepe mutandi quoddam corrigendique studium deprehendatur. Praeter hunc tres ut supra dixi in bibliotheca Vindobonensi asservantur codices Daretis saec. XV, quorum unus n. 3221 prope ad nostrum accedit, reliqui n. 3400 et n. 3517 ad vulgatam.

Eidem familiae adscribendi sunt etiam *RAD*, in quibus multa sunt mutata, eidem P^2 et qui ex hoc videtur fluxisse *O*, unde fere textus qualis etiamnunc plerumque circumfertur ortus est. Nam editiones admodum inter se consentiunt, excepta ea quae Venetiis a. 1499 prodiit, et cum plerumque Dares Dictyi subiungeretur, parum operae huic scriptori tributum est. unus Iosias Mercerius optime de eo restituendo meritus est, quem duobus usus codicibus, ut ait in praefatione, e bibliotheca S. Victoris Parisiensis triginta annis ante et amplius collatis Parisiis a 1618 in lucem prodidit: sed cum scriptorem ipsum non tanti esse censeret, ut mutationum ab ipso factarum rationem reddendam esse censeret, nunc non semper facile est ad discernendum, id quod equidem conatus sum, utrum quid e codicibus an e coniectura scripserit. Digna quae commemoretur est editio Ludovici Smidsii Amstelaedami 1702 Andreae Dederichi Bonnae 1835, cuius Indices in meum usum convertere non dubitavi.

In multis codicibus et in antiquissimis editionibus addita est tabula pugnatorum, quae in L haec est:

Quis troianorum quem et grecorum occiderunt. haector cc protesilaum patroclum merionem arcesilaum. Cleopelenam dorium pollexenam philyppum antyppum

diomeneum polibentem carpedontem lepodemum uifore maimentum. Aeneas amphimacum nereum. Alexander palameden. Antilocum aiacem achillem. Aiax telamonius et Alexander mutuis se uulneribus occiderunt. Alexander in praelio moritur. Aiax telamonius in castris. Quis grecorum quem troianorum occiderit de ducibus exceptis plebeis. Achilles eufremium hyppotuum plebeum asterium ligaonium euforbum haectorem troilum memnonem. neoptolemus pentesiliam priamum polixenam ad tumulum patris diomedes xantyppum misten protenorem horcomeneum palamonem epistrophium scydium *in marg.* Palamedes deyphobum sarpedonem. EXPLICIT.

---

2 cc *om.* MBH 4 carpidonem patroclum lepodino euforem merionem amientum archisilaum elopenorem *B*, *similiter H post* diomeneum: sarpedonem lepodino uiformem amientum clopenorem puluxenium antioppum polipoetem 3 Cleopelenam *om. M* 5 aimentum M 1 Alexander—achillem *om. B* 6 qui et paris *add. M. post* Alexander 12 haect. tr. memn. *om. BH.*

Hanc equidem ita restituendam esse censeo:

Quis Troianorum quem Graecorum occiderit.

Hector Protesilaum Patroclum Merionem Boetem Arcesilaum Prothoenorem (Orcomeneum) Ialmenum Epistrophum Schedium Elephenorem Diorem Polyxenum Philippum Antiphum Idomeneum Polypoetem Leontium Sthenelum.

Aeneas Amphimachum Nireum.

Alexander Palamedem Antilochum Aiacem Achillem.

Aiax Telamonius et Alexander mutuis se vulneribus occiderunt. Alexander in proelio moritur, Aiax Telamonius in castris.

Quis Graecorum quem Troianorum occiderit de ducibus exceptis plebeis.

Achilles Euphemum Hippothoum Pylaeum Astero-

paeum Lycaonem Euphorbum Hectorem Troilum Memnonem.

Neoptolemus Penthesileam Priamum Polyxenam ad tumulum patris.

Diomedes Antiphum Mesthlen.

Palamedes Deiphobum Sarpedonem.

Antiquissima transformatio quaedam Daretis Phrigii in cod. Leidensis blbl. universitatis Voss. L. q. 20 saec. X fol. 2[b] — fol. 5 invenitur, metrica[1]) quae fere 930 versus hexametros complectitur in biblioth. publ. Paris. n. 8430 ante Iliadem *Simonis Chêvre d'Or* fol. 9—16, cuius initium hoc est:

Historiam Troiae figmenta poetica turbant
Unde, licet magnis fortuna sit invida ceptis,
Dignaque tam longis non sit mea buccina bellis,
Mens tamen incaluit, vestigia fida sequendo
Daretis frigii Troianum scribere bellum.

clauditur hoc versu

Et precor ille (*sic*) mei sit consummatio cepti.

Praeterea extat Francogallica interpretatio *Ioannis de Flicccecourt*[2]) monachi Corbeiensis, anno 1272 mense Aprili facta quae nunc in bibliotheca Hafniensi reservatur.

Eodem fere tempore *Jofroy de Waterford* Hibernia oriundus Daretem in linguam Francogallicam vertit admodum diligenter, ut ex iis quae Joly[3]) in medium profert cognoscere licet: nunc in bibl. publ. Par. f. fr. n. 1822. Namque Dictyn et Daretem ipsorum praefatione confisus fide dignissimos habuit et praeclarissimis rerum scriptoribus Herodoto Thucydidi Xenophonti Polybio Diodoro Siculo anteposuit.

Ex saeculo XV supersunt „l'Ystoire de Troie abrégée"[4]) versibus, in bibl. publ. Par. f. fr. n. 1671 et „la destruction de Troyes la grant en brief" ibidem

---

[1]) Joly l. l. II, 155. [2]) Joly l. l. II, 173. [3]) Joly l. l. II, 174. [4]) Joly l. l. II, 174.

n. 2861. Quae ignotorum auctorum interpretationes quantopere hominibus illius temporis probatae fuerint facile inde cognoscimus, quod etiam sequenti saeculo saepius repetitae sunt.

Complures interpretationes saec. XVI in Francogallia factae sunt. In Italicam linguam Daretem vertit *Tomaso Porcacchi* 1570, *Poggius* 1578. In linguam Germanicam translatus est per *Marcum Tatium* Augustae Vindelicorum 1536[1]), 1556 Lipsiae 1774 a I. Ad. Hermstädtio, postremo in Russicam iussu Petri Magni a. 1712.

Iam vero auctor huius libelli quisquis ille erat ipse sibi nomen Daretis Phrygii adiecit atque haberi voluit is qui apud Homerum Il. V, 9 commemoratur sacerdos Hephaesti. (Commemoratur etiam a Vergilio in Aeneide V, 369 sqq. Dares

Solus qui Paridem solus contendere contra
Idemque ad tumulum, quo maxumus occubat Hector
Victorem Buten immani corpore; qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat
Perculit et fulva moribundum extendit arena.

et lepidissime eius et Entelli certamen singulare describitur.) Neque tamen eum Homeri carmina ac ne illum ipsum quidem locum legisse statuemus, quo narratur qua fortuna Daretis filii cum Diomede pugnaverint. Nam celeberrimi poetae vix nomen novit atque ut ex epistula quae sine dubio eiusdem est apparet, maxima cum superbia eum despicit, quippe qui superstitione adeo imbutus fuerit, ut deos cum

[1]) Warhafftige Histori und beschreybung von dem Troianischen Krieg, und zerstörung der Stat Troie, durch den hochgeachten Geschichtschreiber, Dictyn Cretensem und Daretem Phrygium, Erstlich in Griechischer sprach beschriben, darnach Latein, und jetzund newlich durch Marcum Tatium etc. Auß dem Latein ins Teutsch verwandelt, vormals nie gesehen, mit durchauß schönen Figuren gezieret Augspurg MDXXXVI.

comparare conatus est eamque invenit plurimam: nomen autem suum, cuius sane nihil interest, nos celavit.

Iam vero tempus est testimonia scriptorum prioris temporis accuratius investigare, quibus ii nituntur qui contendunt olim Daretis opus extitisse Graecum, ex quo id quod etiamnunc habemus fluxerit.

Ac primum quidem Ptolomaeus Hephaestionis (c. a. 70—100) (novarum historiarum Excerpta ed. Roulez) p. 15 dicit

Ἀντίπατρος δέ φησιν ὁ Ἀκάνθιος Δάρητα πρὸ Ὁμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα, μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνελεῖν Πάτροκλον ἑταῖρον Ἀχιλλέως.

Qua fide dignus sit hic Ptolomaeus Chennus ostendit R. Hercherus[1]) et docet Ptolomaeum ex numero eorum grammaticorum fuisse qui, ut maximam suam doctrinam expromerent, res inauditas et incredibiles finxerint, libros et auctores qui numquam extiterint fontes esse simulaverint. Neque prorsus dubium est, quin etiam Antipater Acanthius, de quo nihil amplius scimus, a Ptolomaeo ad eum finem fictus sit, quo tutius sub hoc nomine mentiretur. Quid enim est quod contendit ille? Iliadem eum conscripsisse antiquiorem quam Homeri. Ex qua comparatione hanc quoque Iliadem versibus compositam fuisse colligas. Id autem consilium quod Ptolomaeus Hectori Daretem dantem facit, scilicet ne Patroclum interficeret, apud Daretem quem nos habemus non reperitur.

Verisimillimum est Eustathium Ptolomaei librum cognovisse atque inde sumpsisse id quod ad Odyss. XI p. 1697 notavit:

„*Ἀντίπατρος δὲ ὁ Ἀκάνθιός φησι καὶ τῷ Ἕκτορι Δάρητα Φρύγα δοθῆναι μνήμονα μὴ ἀνελεῖν φίλον τοῦ Ἀχιλλέως Ἀπόλλωνος τοῦ Θυμβραίου τοῦτο*

[1]) über die Glaubwürdigkeit der neuen Geschichte des Ptolomaeus Chennus, in Jahnii Annalibus 1855 Suppl. I p. 260 sqq.

χρήσαντος. τὸν δὲ αὐτομολήσαντα ὑπ' Ὀδυσσέως ἀναιρεθῆναι."

Hic igitur addit Daretem ad Graecos transiisse et ab Ulixe interfectum esse, cum in nostro opere p. 52, 4 narratum sit eum Troiae cum Antenoris factione remansisse: Daretem autem auctorem Iliadis ante Homerum scriptae fuisse nimirum quoniam ipsi parum probabatur, ex eodem fonte noluit repetere sed silentio praeteriit.

Tertium est testimonium Aeliani (a. 170 p. Chr.) V. H. XI 2. „*ὅτι ἦν Ὀροιβαντίου Τροιζηνίου ἔπη πρὸ Ὁμήρου, ὥς φασιν οἱ Τροιζήνιοι λόγοι καὶ τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσιν.*" Satis infinita sunt ea verba quibus utitur Aelianus *ἀποσωζομένην οἶδα*, unde concludi non potest eum hanc Iliadem vidisse quam ipse Phrygicam (non Graecam) fuisse dicit.

Plane aliud est testimonium Isidori (a. 570—640) Origines I, 41: „historiam primus apud nos Moyses ...conscripsit; apud gentiles vero primus Dares Phrygius de Graecis et Troianis historiam edidit, quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt. post Daretem autem in Graecia Herodotus primus historiographus habitus est."

Hic enim de Darete rerum scriptore, non poeta disserit eumque antiquissimis temporibus iam ante Herodotum historiam Graecorum et Troianorum scripsisse dicit. Fortasse ipse (Dictys et) Daretis librum vidit, fortasse cum adderet in „foliis palmarum" ut Rudolfus Peiper suspicatur, tiliarum meminit quas Dictys opere conscriptas fuisse in Prologo (p. 2, 18) legimus.

Ex his igitur testimoniis vix puto concludi posse, Daretis opus Graeca lingua scriptum extitisse: illud autem apparet, qui fieri potuerit, ut nomen Daretis potissimum libro posteriore tempore scripto inscribe-

retur. Etenim cum pervulgata esset opinio Daretem antiquissimis temporibus Iliadem scripsisse, nullum nomen aptius, nullum celebrius visum est quoque facilius quis et aequales et homines posterioris temporis falleret. Atque is qui hanc fraudem instituit tam audax fuit et credulitate hominum adeo confisus est, ut difficultate quae inde movetur, quod antiquissima illa Daretis Ilias versibus scripta fuisse videbatur, plane neglecta miserrimum libellum suum vetustate sacratum vellet.

Neque vero id quod fecit auctor huius libri admodum insuetum aut inauditum erat, nam cum nomen Troiani Daretis suo libro inscriberet modo reliquos qui de eadem materia scripserunt imitatus est. Nam Dictys Cretensis, sub cuius nomine Ephemeridos Belli Troiani libri sex circumferuntur, ut apud ipsum legimus (in Epistola et Prologo, praeterea autem etiam I 13 V 17 VI 2) comes Idomenei erat, Sisyphus Cous teste Malala (Chronographia V p. 168) Teucri scriba bello Troiano interfuit atque eius belli historiam confecit, ex quo postero tempore Homerus Iliadem, Vergilius Aeneidem condidit, denique Corinnus (teste Suida sub *Κόρινν*ος) Palamedis discipulus erat, qui inter Bellum Troianum litteris Doricis a Palamede inventis Iliadem carmine composuit, unde Homerus suum argumentum hausit.

Atque id quod voluit ille homo levissimi animi melius et plenius, quam quisquam suspicetur, consecutus est. Etenim omnibus saeculis fuerunt multi et amplissima doctrina ornati viri, qui id quod litteris traditum erat pro vero habentes historiam Daretis primitus graece scriptam fuisse arbitrabantur, novissimo tempore Dederichus[1]) et Cholevius[2]). Fuerunt etiam qui olim amplissimum Daretis opus latine scriptum

[1]] Praef. in Dictyn p. 22, in Daretem p. 6. [2]) Geschichte der deutschen Poesie nach ihren antiken Quellen Leipzig 1854 I p. 109.

extitisse crederent, contra Artopoeus in Praefatione editionis suae Argentorati 1691 historiam Daretis periocham carminis Iosephi Iscani esse censet: quod quominus comprobemus impedimento sunt ipsius Daretis libri plurimi saec. X scripti. Neque tamen defuerunt, qui aliter censerent. Ioa. Ludovicus Vives[1]) ita iudicat: „Dares Phrygius et Dictys Cretensis figmenta sunt eorum qui de bello famosissimo voluerunt ludere“ eique assensi sunt Ger. Ioa. Vossius aliique. Nuperrime Hermannus Dunger[2]) vir amplissima eruditione et acerrimo ingenii acumine praeditus neque graeco neque latino sermone scriptum Daretis aliud umquam atque nos etiamnunc habemus extitisse egregie ostendit totamque hanc quaestionem tam luculenter tractavit, ut eum et in iis quae infra sequuntur et in iis quae ipse[3]) iam publici iuris feci fere semper sequerer. Eodem tempore in Francogallia de hac re A. Joly[4]) summa cum industria et doctrina disseruit atque ita, ut in gravissimis rebus ad eundem atque Dungerus exitum veniret.

Qui fontes fuerint scriptoris praeter Homerum et Dictyn nescimus: hunc sequitur cap. 25, quo Palamedi imperium abrogatum esse narrat (cf. Dictyn II, 15), illum in recensendo exercitu Graecorum et Troianorum cap. 14. et 18, nisi haec quoque eum ex Dictye (I 17 II 35) sumpsisse statuemus. In universum inter Dictyn et Daretem hoc discrimen intercedit, quod cum Dictys e partibus Graecorum staret, hic ita narrationem suam instituit, ut Troianorum rebus quam maxime favere videatur.

---

[1]) Ioannis Ludovici Vivis Valentini de disciplinis Libri XX Coloniae 1532 p. 360. [2]) Die Sage vom Troianischen Kriege in den Bearbeitungen des Mittelalters und ihre antiken Quellen Dresden 1869 Programm des Vitzthumschen Gymnasiums. [3]) Ueber Dares von Phrygien de excidio Troiae p. 25—36. [4]) A. Joly, Benoit de Sainte-More et le Roman de Troie ou les métamorphoses d'Homère et de l'épopée gréco-latine au moyen-âge Paris 1870—71.

Unde oriundus sit auctor et quo tempore vixerit difficile est ad diiudicandum: non male Dungerus p. 14 eum Romanum fuisse inde conprobare conatus est, quod cum (p. 3, 17) Argonautarum mentionem fecerit, de Argonautis Valerii Flacci (qui ante a. 90 p. Chr. mortuus est) cogitaverit, quoniam ex his nominatus sit etiam Philoctetes (p. 20, 17), quem ille solus exhibeat. Item recte censet eius librum postremo tempori antiquitatis Romanae saeculo sexto adscribendum esse.

Stilus, sit venia verbo in hoc scriptore, est neglegentissimus: eadem verba, eaedem constructiones saepissime repetuntur neque ulla in rebus describendis ars aut studium varietatis manifestum est, simplicissime omnia et si fieri potest eadem ratione, quin immo iisdem verbis exponuntur, quod bene explosit Albertus Stadensis, de quo infra loquemur, cum caneret:

Vocibus instare nos semper oportet eisdem:
Sternuntur, sternunt, millia multa cadunt.

Scilicet epitomatoris vel etiam pueruli ieiunam narrationem te legere suspiceris. In hoc libro autem utcumque conscripto utrum nomina propria librariorum incuria, an non ipsius auctoris culpa tam foede corrupta sint, iure dubitari licet.

Severum quidem sed iustum est iudicium quod Mercerius in praefatione editionis suae de Darete facit: „in quo neque eruditionem neque iudicium neque ullam elocutionis elegantiam observamus, ut nimis impudenter fecisse videatur, qui Cornelii Nepotis nomen ementitus est quasi inficetae versionis auctoris. In narratione totius historiae fere ubique diversus abit ab omni antiquitate, pauca similia vero de suo adstruit, absurda inconsequentia plurima: ut vel id quod de variis plurium annorum ac mensium induciis effingit, ut ad decennium perveniat nec quicquam in toto libello singulare, praeter Thesidarum mentionem, quos una cum Anio rem frumentariam curasse scribit et inepti illi Troianorum Graecorumque ducum et

mulierum formae ac morum χαρακτῆρες, quibus similia deliramenta e Graecorum neotericorum nugis ediderunt nuper viri docti."

Quae cum ita sint, non immerito mirabimur, quod per complura saecula summa fuit auctoritas Daretis. Hoc sane fieri non potuit, nisi eis temporibus, quibus Graecae litterae plane ignotae atque Homeri praeclarissima carmina prorsus oblivione obruta erant. Accedebat alia causa gravissima: nam cum reliqui Europae populi tum Francogalli a Troia originem suam duxerunt et historiam Troiae primordium suae historiae esse crediderunt. Itaque factum est, ut antiquissimus liber[1]) Daretis in bibl. publ. Paris. n. 7906 inscriberetur „Geste des Troyens, explicit Gesta Troianorum" et deinde sequeretur „Geste des Français, incipit Gesta Francorum a S^to^. Gregorio". Et Monte Pessulano est codex n. 158 inscriptus „Historia Daretis de Origine Francorum" compendium quoddam compendii neglegentissime factum[2]), sub cuius finem scriptum est: „Et exinde origo Francorum fuit, et ce fut là l'origine des Français".

Primus qui Daretis historia usus est fuit *Benedictus Mauranus*, nam neque Bernardus Floriacensis qui saec. XI carmen de excidio Troiae versibus leoninis scripsisse fertur[3]), neque Simon capra aurea sive Chêvre d'or, cuius Iliadem supra p. X commemoravi, eum cognovisse videtur. At de hoc paulo post, nunc consideremus eos qui lingua Latina utebantur et quorum docta carmina propius ad antiquitatem accedunt Josephum Iscanum et Albertum Stadensem.

Iosephus Devonius sive *Iscanus* vel *Excastriensis*, natus in Devonia quae citerior Dumnoniorum regio est, educatus Iscae Damnoniorum, et Graecarum et Romanarum litterarum admodum gnarus

---

[1]) Joly l. l. II 155. [2]) Joly l. l. II 172. [3]) Carmina burana p. 60 sqq. (in Biblioth. soc. lit. Stutgardiensis 1847).

carmen de bello Troiano circa a. 1185 scripsit et Balduino Cantuariensi archiepiscopo dedicavit. Quemadmodum non defuerunt, ut supra p. XVI commemoravimus, qui hunc esse librum existimarent, ex quo noster Dares excerptus esset, ita etiam in compluribus editionibus[1]) quae in Germania prodierunt Cornelio Nepoti qui Daretem Graecum in linguam Latinam vertisse ferebatur, attributus est: quem errorem Samuel Dresemius in editione sua (a. 1620) explosit: qui non solum verum auctorem restituit, sed etiam a plurimis mendis liberavit. Iosephus igitur eum cum in ordinanda materia auctorem sequitur, ut ipse dicit I 25

Mira quidem dictu sed vera, advertite, pandam;
Nam vati Phrygio Martem certissimus index
Explicuit praesens oculus, quem fabula nescit.

tum singula verba et phrases ex eo sumpsit. Neque tamen hunc solum ante oculos habuit, sed multa quae ille simplicissime narravit, alia ex aliis fontibus bene adiecit, alia quae poetae refragari videbantur, ut catalogum navium praetermisit, quamquam personarum descriptionem addit. In quibusdam sequitur Ovidium (I 174 seqq. cf. Metam. VII, VI 370 cf. Metam. XIII 476 seqq.), Statium (I 166, 199 seqq. cf. Theb. V 513 seqq., VI 483 cf. Achill. II 3 seqq.), in fine etiam Dictyn (VI 879 seqq. cf. Dict. VI 1 seqq.) vel, id quod mihi magis probatur, epitomen qualem supra p. VII commemoravi, nam pariter atque in illa factum est poeta ea quae VI 4—15 continentur omittit. Non minore libertate quam Dares in nominibus propriis utitur, non raro etiam ea finxit, ut V 246 Hyphitonenses VI 239 Lybida 241 Achon 242 Thyodamas etc. etc. alia ita mutavit, ut plane recognosci

---

[1]) Libri manu scripti pari modo inscripti fuisse videntur: Leodii est codex Daretis Phrygii de bello Troiano libri sex a Cornelio Nepote in latinum sermonem conversi cf. Serap. V 208.

nequeant, inductus opinor libri eius quo utebatur pravitate, ut IV 8

Instruit Amphimachum Colophonia

haec sane parum consentiunt cum iis quae apud Daretem p. 22, 15 scripsimus, sed nostri codices hoc loco vehementer perturbati sunt compluribus nominibus omissis, ultimo (*scil.* de Caria) corrupto. In editione Veneta a. 1499 scriptum est ita: „de colophonia a suis cariis Amphimachus."

Paulo post v. 11 commemoratur Remus, qui iam nullus existit, sed modo in compluribus codd. invenitur: atque v. 12 Ephemus, qui error inde ortus est, quod in codd. *LG* verba „de heliconia eufenus" repetuntur. Nam manifestum est eundem virum, scilicet Euphemum utraque lectione contineri.

VI 55, 56

Occidit infelix Gobius nec laetior illo
Triptolemus

cum apud Daretem p. 31, 20 legamus: „obvius ei fit Tlepolemus Rhodius," verisimile est Iosephum vocem quam non satis intellexit in libro suo invenisse, certe triptolemus in *A* legitur.

VI 66 tres legati occurrunt

Demophoon Garamas et te Thesida volentem
Tertia cura vocat

apud Daretem p. 24, 4 et p. 32, 11 Thesidae Demophoon et Acamas nominantur.

VI 895 appellatur Cernusius Cherronensus Daretis cf. p. 52, 1: at hoc quoque loco codd. magnopere fluctuant, chersunesum praebet *G*, cerenenson *F*, fortasse alicubi librariorum incuria permutatis duabus quae syllabas inchoant litteris „chernusesum" vel tale quid scriptum invenerat auctor.

Secundo loco commemorandus est Troilus *Alberti Stadensis*, quod carmen anno 1249 perfectum uno cod. Guelf. servatum sed nondum editum 5320 distichis continetur. Diligentissime enim Albertus Daretem

sequitur, cuius etiam personarum descriptiones et catalogum navium imitatur: Ipse fontem suum his versibus indicat:

Nulla poetarum posuit figmenta, Daretis
Historiam soliti scribere vera tenens.
Et Phrygius fuit iste Dares et tempore belli
Ipse quidem miles proelia visa refert.

et alio loco de Darete canit:

Hunc sequor adiiciens interdum verba virorum
Quaeve loquebantur vel potuere loqui.

et eadem quae Dares eadem fere ratione narrat, argumentum suum hoc versu significans:

Et liber est Troilus ob Troica bella vocatus.

Neque vero hunc tantum sequitur, sed etiam Ovidium, ex cuius Heroid. XVI et XVII, ut Dunger l. l. p. 28 docet, multos versus ad verbum exscripsit, Pindarum Thebanum, in describendis Amazonibus et regina Penthesilea Orosium adv. pag. I 15, quod ipse confitetur his verbis:

Non meus hic sermo, testatur Horosius ista,
Cuius habent plenam singula verba fidem.

praeterea Vergilium et Dictyn.

Iam revertimur ad eum quem supra commemoravimus *Benedictum Mauranum.* Hic in amplissima aula Henrici II. c. a. 1175—1185 vixit et scripsit 30000 verss. „le Roman de Troie", nunc demum praecipue secundum cod. n. 2181 bibl. publ. Paris. ab A. Joly editum, cum adhuc excerpta quamvis egregie electa Caroli Frommanni [1]) nobis praesto essent, praeterea autem Chronica ducum Normanniorum [2]). Poeta saepius se ipsum nominat, ut v. 125.

Ceste estoire n'est pas usée
N'en gaires leus n'en est trovée:

---

[1]) in Pfeifferi Germania 1857 II p. 49—81, 177—209, 307—341. [2]) Joly l. l. p. 57 seqq.

Ja retraite ne fu unqore,
Mès Beneeiz de Seinte More
L'a contrové et fait et dit,
Et o sa main les moz escrit
v. 2049
ne Beneiz pas nel alonge
v. 2054
si com Beneiz l'aparceit

saepissime fontem ex quo hauserit scilicet Daretem. Joly[1]) sexaginta tres locos, quibus hoc nomen occurrat enumerat et qua ratione Benedictus fonte suo usus sit uberius explicat. Ita cum Dares (p. 14, 15) Helenam „formosam" appellaverit, Benedictus de eadem dicit (v. 5107)

De bialté tote rien sormonte
Ço dit Daires, qui ço reconte,
Sormontot de bialté Heleine
Tote rien qui nasqui humaine.

De Ulixe Dares (p. 16, 18) ita loquitur: Ulixen firmum dolosum ore hilari statura media eloquentem sapientem: apud Benedictum legimus (v. 5183)

De grant bialté, ço dit Dares,
Les sormontot toz Ulixes.
N'ert mie granz ne trop petiz,
Mès de grant sens esteit garniz.

ille Hectorem (p. 15, 1) pluribus verbis describit: „vultu venerabili barbatum decentem" *etc.*, hic (v. 5422)

Bien nos en est Daires garanz,
Qu'il fu flors de chevalerie.

ille (p. 38, 16): „acriter per aliquot dies pugnatur, multa milia hominum ex utraque parte cadunt"; hic (v. 20140)

Ne truis le terme ne les dis
Que ceste bataille dura.
Mès cil dedanz et cil delà,

---

[1]) l. l. p. 207 seqq.

Ço dit Daires qui par tot fu,
Milliers de genz i ont perdu.

Alia quae a Darete modo indicata sunt ab hoc copiosius exponuntur: ita cum ille narraverit (p. 32, 22) „Postquam anni dies venit quo Hector sepultus est Priamus et Hecuba et Polyxena ceterique Troiani ad Hectoris sepulchrum profecti sunt“ hic (v. 17457—17490) triginta et amplius versibus idem describit et quod ille (p. 26, 18) his verbis „Hector Epistrophum Schedium occidit“ absolvit, hic non minus centum decem versibus exornat.

Postquam haec exempla consideravimus, ex quibus perspicimus ea quae Benedictus ex Dareto se sumpsisse diserte dicit apud illum aliter, plerumque quidem brevius explicata esse, minus offendemur, cum cognoscamus multa apud Daretem non inveniri, quae inde sumere se dicit poeta. Hoc enim testimonio nisus (v. 12291 seqq.) loquitur de Sagittario, quem non agnoscit Dares, v. 8789 nominat laudibusque effert regem Celidis, at ne hunc quidem Dares agnoscit, Hectoris comitatum cum Achillem viseret amplissimum splendidissimumque fuisse fingit (v. 13011), de qua re D. plane tacet, denique ut reliqua omittam (v. 6204 seqq.) vestes, quod a poetis medii aevi libentissime factum esse videmus, Diomedis et Ulixis accuratissime describit, addens tamen „se li livres ne nos ment“, cum Dares nihil eiusmodi habeat.

Neque id nobis mirificum videbitur, si respicimus id quod poeta ipse (v. 138 139) eloquitur, se additurum esse quae bene addere possit. Multa autem, ut aridam Daretis epitomen expleret, ex geographia atque historia, ut historiam Amazonum, summa cum libertate, Plinium Isidorum Hippocratem Galenum secutus adiecit.

Omnia quae mirabilia possint videri, Daretem in hac quoque re imitatus abesse vult (cf. v. 60 seqq.). Homerum reprehendit quod deos cum hominibus bella gessisse narraverit, deosque a suo carmine excludit, tamen

certe nonnulla vestigia superstitionis illius temporis apud eum occurrunt. Introducitur enim fea, cui nomen est Morganae, quae Hectorem vehementer amabat eique Galateam equum donabat (cf. v. 7990), alia (v. 29404) quae erat mater Memnonis: et cum Iason draconem interfecisset, homines qui accesserunt eumque summa cum admiratione spectabant dixerunt „que c'est chose faée.“ (v. 1978)

Artissime cum his cohaeret ars magica sive nigra cuius haud raro mentio facta est, et res incredibili arte factae quales in aula pulchritudinis inveniuntur, ab incantatoribus perfectae. De his Joly p. 227 ita disserit: ce sont d'ingénieux industriels qui habillent magnifiquement les personnages, leur fournissent des armes, ornent leur démeure; leur art n'est que prestidigitation. Ils ont la baguette magique, qui fait éclore les merveilles. Mais leurs créations les plus extraordinaires ne sont pas, à proprement parler, des prodiges, ni des œuvres de magie, comme on en trouve dans la légende de Virgile. Ce sont surtout des prodiges de mécanique, de très-remarquables automates, qui, une foi mis en place, recommencent éternellement le même jeu. Tel est cet aigle d'or qui vole si naturellement, et ce petit satyre qui jongle si bien (v. 14760—14798). Ce sont les enchanteurs qui ont fait ces quatre figures, si habilement colorées qu'on les eût crues vivantes; ces deux jeunes filles admirablement belles et ces deux beaux jeunes garçons, qui, placés sur quatre piliers d'ambre, de jaspe, d'onyx, de jayet, aux angles de la Chambre de Beauté, y donnent des spectacles sans cesse renouvelés. L'une danse et fait mille tours, et fait paraître devant elles cent jeux divers, danses, luttes, combats d'animaux marins ou terrestres, qui se remplacent sans cesse, sans que l'on sache ce que sont devenus les précédents acteurs. L'autre, tantôt fait entendre une merveilleuse musique, pareille aux harmonies célestes, qui ferme l'oreille à tout autre bruit et rend la chambre

propre à toutes les confidences, et tantôt sème des fleurs toujours nouvelles. L'autre tient un miroir magique où chacun se voit immédiatement tel qu'il est et reconnaît les défauts de sa toilette. L'autre enfin donne à chacun, à part et à lui seul, le conseil dont il a besoin. C'est encore aux enchanteurs que sont dus ces parfums vivifiants, et ces flammes qui s'allument toutes seules (v. 14584—14840). Ce sont eux qui, devant la salle du roi Priam, ont planté ce pin merveilleux (v. 6250) „dont la tige mince et élancée, à peine plus grosse qu'une lance, soutient un épais feuillage d'or qui s'étend sur toute la place".

Ex iis quae hic describuntur multisque aliis manifestum est, quanti momenti fuerint expeditiones crucigerorum quibus oriens[1]) eiusque miracula patefacta sunt: hinc enim ortum est regnum Amazonum (v. 23231—483) hinc Memnon eiusque soror (v. 6833), hinc depromptae sunt vestes (v. 13012 seqq.) suppellex domestica, (v. 7857—7883, 15537—15547), arma (v. 7042, 8029), animalia cuiusque generis alia plurima.

In universum autem Benedictus mores atque instituta saec. XII describit atque ea in antiquissima tempora atque eos viros qui tum vivebant transfert[2]). Iuppiter Apollo sol luna terra mare testes invocantur v. 25727, Calchas fit episcopus, Paris sepultus est in templo Minervae atque Priamus (v. 22962)

Al cors velt que len chante et serve;
Car molt par i a grant covent
Et molt i a de sainte gent.

Ubi exequiae in honorem Hectoris factae describuntur legimus (v. 16511)

Tuit li poete et li clergie
De par trestote l'evesquie
Vindrent au cors, si vus di bien,
Que il ne se feinstrent de rien.

---

[1]) Joly l. l. p. 229. [2]) Joly l. l. p. 234.

En bien chanter et en bien lire
Tote la nuit dura à tire.

Troiani cibo abstinent ad honorandas amicorum animas, cum Troiani atque Graeci pacem facere vellent legimus (v. 25405)

Granz i esteit li appareiz
Molt i aveit jones et vielz;
De saintuaires molt preisiez
Fu li autex pleins et chargiez.

Cum viri fortissimi ex more medii aevi equitee facti essent virtutesque equiti convenientes maximi aestimarentur, non iam mirabimur quod de Minerva legimus (v. 25283)

Pallas, nos nel mescreons mie,
Deesse de chevalerie.

Plurima, ut supra vidimus, Benedictus ex Darete quem primitus graeca lingua scriptum et a Cornelio nepote Sallustii versum esse putat (v. 77 seqq.) sumpsit, expeditionem Argonautarum accuratius describit ex Ovidio[1]) (Metam. VII), in longiore digressione geographica (v. 23055 seqq.) ut ipse indicat (v. 23063) Iulium Caesarem, cui olim cosmographia Iulii Honorii Oratoris attributa est, sequitur, in terra et moribus Amazonum describendis v. 23257 seqq. Paulum Orosium, ultima ex Dictye quem hic illic commemorat (v. 28295 29581 *etc.*) haurit.

Argumentis firmissimis docuit Dungerus[2]) Benedictum eo libro Daretis quem hodie quoque habemus usum esse, ex quo vera ac falsa, verisimilia ac minus verisimilia in suum carmen transferret. Hic quoque Pelias erat rex Peloponensi (D. p. 2, 1), nominatur tamen Peleus, ut in cod. *G.* Paridis iudicium transfertur in Indiam (v. 3843), addita est descriptio Polydamantis et Memnonis (v. 5461 5473), de qui-

---

[1]) Dunger l. l. p. 33 Bartsch, Albrecht von Halberstadt p. LXXXIII. [2]) l. l. p. 37.

bus plurima narrantur, deest descriptio Merionis vel potius quod animadvertit Frommann[1]) ea quam affert Dares (p. 17, 5) Machaoni data est (v. 5245), post Helenam describuntur Graeci (v. 5121) Agamemnon Menelaus Achilles reliqui, alio ordine atque apud Daretem. Merito poeta quem offendit quod Briseidae, cuius forma pingitur p. 17, 3 (v. 5257) alibi mentio facta est nulla, optimam et celeberrimam digressionem de ea addit quae ardentissimo amore Troili impleta (v. 13235 sqq.) postea cum rogatu patris Calchantis qui ad Graecos transierat reddita esset Graecis, fidei atque iurisiurandi dati acceptique oblita Diomedem redamat (v. 14927 sqq. 20195 sqq.), Meriones bis ab Hectore interficitur (v. 9993 et 14095), quod et ipsum apud Daretem scriptum invenit cf. p. 24, 21, 28, 10. Altero loco „et Merionem" quoniam tantummodo in cod. *G* additum est equidem expunxi, Benedictus autem librum ad manus habuit, in quo hoc vitiose additum erat, fortasse Sangallensem ipsum, ad quem fontem etiam ea quam supra p. XX commemoravimus commutatione nominum „Euphemus" (eufemus) et „Remus" ducimur: nam (v. 6673) Eufemes de l'Ancoine et deinde post Hippothoum (Hupoz) et Cupesum (v. 6691) Remus de Cisonie inter reges Troianorum enumerantur. Ex eodem numero sunt apud Daretem (p. 22, 15) „de Colophonia M*opsus, de Phrygia* Asius, de Caria Amphimachus Nastes": in libris desunt ea quae litteris obliquis excusa sunt, „de colof. masius caras a. nesteus" optimorum codicum est lectio, cum his consentit quod Benedictus habet (v. 6653)

De Colopon une contrée
Qui de mer est avironée
I vint Carcas et Ficius
Nestex li fors et Fimacus.

---

[1]) Herbort von Fritzlâr, ad notatio ad v. 3099.

Etiam reliqua nomina iis quae in codicibus praecipue *LG* exhibentur simillima sunt ut

(v. 6725) de Pevonie Pretemissus et Therepex — de peonia praetemesus teropeus *G*.

(v. 6747) de Frise Xantipus et Misceres et Alcamus — de frigia ascanius xatippus et merceres *G*.

(v. 6759) de Boece Amphimas, Fortius et Sanias — de boetia sanias asimaus et phortus *G*.

(v. 6771) de Botine Boethes et Epistroz — de boetino Epistropilis et boetius *G*

(v. 6785) de Paflagoine Filimenis omissis Antipho et Mesthle — de plafaconia phillemenis *G*

(v. 6832) de Ethiopes Persès, Mennon — de aethiopia perses et menno *G*

(v. 6853) de Theresche Theseus et Archilogus — de tracia heseus et argilogus *G*

(v. 6863) D'Astesse Fion et Esdras — de agrestia adrastus et amphius *G*

(v. 6871) de Lizonie Pistroplex — de alizonia epistrophus *G*

Egregie, ut hoc tantum addam, cum cod. *G* consentiunt nomina portarum Troiae, apud hunc (v. 3132) Antenoridas Dardanides Ylia Cea Tynbrée Troiana, apud illum (p. 6, 14) Antenoride dardanidae iliasce tymbria troiana.

Occurrunt etiam nonnulla nomina a vulgaribus diversa, Aeetes (v. 1150) Oetes, Astyanax (v. 15388) Asternautes appellatur, Clytemestra (v. 27951) Climestra, Molossus filius Pyrrhi et Andromachae (v. 29620) Achillides. Sed secundum consuetudinem illius temporis in nominibus fingendis poeta liberior est, occurrit (v. 1134) Iaconites urbs Aeetis, (v. 2493) Cedar Troianus, (v. 2539) Seguradan, (v. 2615) Eliachin filius regis Carthaginiensium, (v. 4220) urbs Estrimestrée, fortasse corrupta, ut Frommann censet, ex Clytemestra

(cf. Dares p. 11, 24 Castor et Pollux ad Clytemestram ierant), (v. 29478) Laudomata filius Hectoris et Andromachae, (v. 8063 sqq.) triginta filii Priami e concubinis nati Menelus Ydors Chirrus Cheridoras Ermagoras Mondanz *etc.*

Etiam in iis quae ex Dictye[1]) sumpsit aliquotiens erravit, quod verba scriptoris non satis intellexit, aut parum accurate ea legit: apud illum legimus (p. 92, 34) Theano quae ei templo sacerdos erat persuasit, v. 25509. 25344 Theanz est vir: tum pro Heleno (Di. p. 93, 22) v. 25619 Crises i. e. Chryses ponitur, cum nondum adhuc, ut a Dictye, narratum esset Helenum ad Graecos transiisse. Inter eos qui de Palladio certant est etiam rex Thelamon (v. 26531), apud Dictyn autem (p. 98, 19) Aiax Telamonis; quae v. 27350 seqq. narrantur Antenorem Troiam reversum aditu prohibitum esse atque inde in Italiam se contulisse et Corcyram condidisse, a Dictye (p. 101, 16) de Aenea tradita, falso autem a Benedicto intellecta sunt: porro quae leguntur v. 28082 seqq. culpa librariorum Dictys nec vero Benedicti obscura et perturbata sunt: nam omnibus in libris scriptum est (p. 103 24) Aeneam, Oeneum coniectura Mercerius restituit, denique e „Strophio“ (p. 104, 10) urbem fecit „Trofion“ (v. 28197) et cum sequerentur verba „is namque Phocensis“ (forensis in cod. B.) nominatus est „Florentes“ qui Oresti auxilio venit (v. 28199).

Brevi tempore amplissimum hoc Benedicti carmen per totam Francogalliam innotuit et e Normannica dialectu in complures alias translatum est. Priamus Hector Achilles Ulixes aliique quales ab illo descripti erant, Troia ipsa illis temporibus notissima fuerunt atque saepe commemorantur. Paulo post multis modis transformari coeptum est ac primo quidem saec. XIII a quodam *Ioanne Malkaraume*[2]), qui permulta

---

[1]) Dunger l. l. p. 37. [2]) Joly l. l. p. 405 sqq.

ad verbum rescripsit, pauca alia addidit, ut somnium Hecubae, amorem Paridis et Oenonae, dolum Ulixis in aula Lycomedis de Achille adhibitum, alia praecipue quae fidei Christianae repugnabant mutavit (ut verba à la déesse Diana in „à cest diable dict Dyana“) ita tamen, ut ubicunque Benedicti nomen in carmine ipso scriptum erat hoc deleret et pro eo suum poneret.

Deinde in cod. bibl. publ. Paris. msc. fr. n. 821[1]) saec. XIV fol. 1—12 1988 versibus sine dubio, ut lacuna historiae expleretur, iuventus Hectoris describitur qui Hercule necato mortem Laomedontis avi sui ulciscitur atque in eodem libro, in quo cum alia tum fol. 82—251 „le Roman de Troies“ inter „historiam Troianorum eorumque coloniarum“ et „Daretis historiam Philippi et Alexandri“ reperitur, fol. 264—269 prosaica narratio est „rerum gestarum filii Hectoris Landomata“, repetita in cod. n. 785 quae cum carmine Benedicti artissime cohaeret sed minimi pretii est.

A saec. XIII Benedicti carmen aliquotiens lingua prosaica redditum est[2]) atque hodieque extat in bibl. publ. Paris. cod. n. 785 saec. XV et paucis mutatis in cod. n. 1612 saec. XIV, n. 1627 saec. XIII, n. 1631 atque in codice qui Petropoli reservatur n. 12 saec. XV. Auctores harum interpretationum omnes data opera id egerunt, ut sibi laudem inventionis vindicarent, Benedicti nomen in oblivionem adducerent.

Praeterea etiam *historici*[3]) hoc opus in suum usum converterunt, ut in cod. n. 301 bibl. publ. Paris. „Les livres des Histoires du commencement du monde“ fol. 25—165 agitur de historia Troiae, ita ut summa cum fide ea quae Benedictus cecinerat repetantur, descriptiones illae Troianorum et Graecorum ineptae adiciantur ac ne vestes quidem quibus vestitae

---

[1]) Joly l. l. p. 410 sqq. [2]) Joly l. l. p. 417 sqq. [3]) Joly l. l. p. 423 sqq.

fuerint mulieres omittantur. Ex hoc historicorum numero est etiam *Ioannes Mansel*, *Ioannes de Courcy* et auctor libri „Recueil des Histoires romaines", cui tamen Guido de Columna non ignotus erat: hi et alii complures in primis Benedictum secuti nusquam sui fontis mentionem fecerunt, ob eam causam, quod hoc nomen iam oblivione obrutum erat neque in iis quibus utebantur libris reperiebatur.

Eadem haec materia saec. XV solito illis temporibus more in *Mysteriis* tractata est: nam le Mystère de la Destruction de Troie la Grant quem a. 1450 scripsit *Jacobus Millet*[1]) maximam partem illo nititur, denique saec. XVI in tragoediis, ut in tragoedia Hector composita ab *Ant. de Montchrestien.*

Neque solum per Francogalliam sed per omnes fere Europae terras fama Benedicti divulgata est: ubique sectatores et imitatores invenit, in primis in Germania et Italia, de quibus paulo copiosius infra agemus. In *Hollandia* saec. XIII *Jacob van Maerlant*[2]) eum interpretatus est: huc pertinet etiam haud dubie „De Trojaensche vorlog"[3]), quem scripsit *Seger Dieregodgaf.*

Certam partem quandam, nempe amorem Troili et Briseidae lepidissime a Benedicto tractatam in Italia felicissime imitatus est *Boccatius*[4]) in libro quem inscripsit Filostrato: hic saec. XIV exeunte in Francogallia, cum iam nemo Benedicti carmen legeret, a (*Petro*) *Beauvau* in linguam Francogallicam versus est: et Benedicti carmen et *Boccatium* imitatus *Chaucer* celeberrimus Britanniae poeta circa a. 1360 composuit „here followeth Boke of

---

[1]) Joly l. l. p. 434 sqq. [2]) edid. Blommaert, Oudvlaemsche gedichte der XII., XIII. en XIV. Eeuwen II, 73 cf. Dunger l. l. p. 39 Bartsch, Albrecht von Halberstadt p. XLCV. [3]) ed. Blommaert l. l. I, 1. [4]) Joly l. l. p. 504.

Troilus and Cresseide", qui liber per longissimum temporis spatium apud Britannos in summa auctoritate erat. Hinc notissima fabula Shakespearii „Troilus and Cressida" a. 1600 originem duxit et eodem tempore a. 1599 *Decker* et *Chettle* composuerunt tragoediam initio „Troyelles and Cressida" postea „the Tragedy of Agamemnon" inscriptam.

Postremo adicienda est interpretatio Benedicti Graeca[1]) mutila quae nunc in bibl. publ. Paris. n. 2378 saec. XIV reservatur. Constat ex 8000 fere versibus non simili sono desinentibus et confecta est ab homine qui latinam historiam non legit, qui ignarus Graecae linguae antiquae, ignarus historiae et mythologiae Graecae haud pauca vix Graeco sermone reddere callet: Dares huic est *Δάρος*, Mars non quod expectes *Ἄρης* sed *Μάρος*, Meriones *Μεριόυν*.

Apud nos quoque hoc Francogallicum carmen cognitum et adamatum est: in Germaniam allatum a Landgravio Leiningensi, a celeberrimo Thuringorum Landgravio Hermanno qui in aula sua splendida (a. 1190—1216) poesin et poetas maximopere colebat, *Herborto Fritzlârensi*[2]) qui se ipse v. 18451 gelârter schuolære appellat, traditum est ea condicione, ut in vernaculam linguam verteret. Quod princeps imperaverat factum est. Herbortus[3]) mediocris ingenii poeta lingua germanica Benedictum accuratissime vertit et in libro „liet von Troye" saepius (v. 47 65 106 1178 4786) non illum quidem, at „das wälsche Buch" suum fontem esse repetit; praeter hunc autem (v. 53) Tares (v. 1617 2908 3243 4042 12523 13759 14945) Dares (v. 14938 14945 16324

---

[1]) Ideler, Geschichte der altfranzösischen National-Literatur p. 74. Joly l. l. p. 521. [2]) Dunger l. l. p. 40. Cholevius, die Geschichte der deutschen Poesie nach ihren antiken Elementen p. 126 sqq. [3]) ed. Frommann 1837 ex unico cod. Heidelberg. cf. Frommann Herbort von Fritzlar etc. in Pfeifferi Germania p. 49 sqq.

16661 16726 17040 17055 17108) Itis vel Ytis i. e. Dictys nominatur. Sed maximum in errorem adduceretur, si quis inde colligeret ipsum Daretem eum inspexisse, nam iisdem his locis etiam Benedictus Daretis mentionem facit, cum potius inde quoque iudicari possit quanta fide fontem suum secutus sit. Quid quod etiam complures interpretis errores, proverbia quaedam Francogallica, quin immo voces Francogallicae receptae originem ita indicant, ut plane nulla dubitatio esse possit. Nam cum apud Benedictum (v. 3029) legisset

A une part font Ylion
De Troie le mestre *daujon*

(vel doujon) male intellectis his verbis vertit sic (v. 1795):

Un hiez den turm ylion.
Den worchte einer der hiz *Donion*.

deinde cum invenisset apud illum (v. 5593)

Et de Boece de *l'enor*
Entre Archelax et Prothenor

voce *l'enor* (i. e. imperium) male intellecta terram ipsam unde oriundi essent significari credidit (v. 3313). deinde verba illius (v. 5949)

En la grant selue renommée
Qui *Elida* est apelée

(v. 3611) interpretatur:

keret in den walt *zyda*,

*tam*quam scriptum fuisset au lide.

Idem non satis intellecta verba *le cheval de nubie* vertit (v. 6302)

Daz ros da er uffe saz
Daz hete der *wolken* snelheit

denique alio loco vocem *aigle* quae scripta erat et *angle* confundens inter se (v. 15779) scribit:

Die wile quam ein *engel* dar
Oder der tufel an der gebere
Als er ein engel were.

Proverbia Francogallica occurrunt v. 5459 7574

13012 16575, verba e Francogallica lingua recepta: v. 7585 *nasel* (ea pars galeae quae nasum tuetur: *nasal* Ben. v. 2513, v. 9303 *tumerschin* i. e. saltatrix (ortum ex *tonbe*), v. 11099 15705 *bisant* i. e. Byzantinus nummus aureus besanz: v. 25362 etc.

Rectissime autem notat Dunger l. l. p. 42 Herbortum non solum complura nomina recte scribere, ut Peliam sed etiam hic illic bene et cum sano iudicio mutare. Non enim ut Benedictus bis mortem Palamedis describit, sed alteram descriptionem ex Dictye sumptam omittit, Achilles (v. 10637 seqq.) Hectorem fortiter pugnans, non ut est apud illum dolo usus interficit, idem (v. 10411 seqq.) placidis lenibusque verbis morientem Hectorem prosequitur, non ipse Achilles sed Kalo quidam (v. 13219) Hectoris corpus circa muros Troiae raptat. Nonnulla etiam ex aliis scriptoribus addit, Cerberum ab Hercule ex inferis adductum esse scit (v. 425 seqq.), notitiam quandam Platonis eiusque Dialecticae habet (v. 10670), Ovidii Artem amandi novit (v. 701), non minus Statii Achilleidem, ut ex v. 6289 seqq. suspicari licet, ubi Achillis iuventus memoratur.

Multo praestantior quam Herbortus est *Conradus de Virceburgo*[1]) cum Romanarum litterarum admodum gnarus, tum ingenii sollertia excellens, sed verbositate atque omne nimium concupiscendo lectorem defatigans. A. 1280 inchoavit carmen celeberrimum „Der Troianische Krieg“[2]) idque a. 1287 moriens imperfectum quamvis amplius 40000 versuum complecteretur reliquit.

Francogallicum fontem se sequi ipse dicit (v. 266)

von Wirzeburc ich Cuonrât
von welsche in tiutsch getihte
mit rimen gerne rihte
daz alte buoch von Troye.

---

[1]) Cholevius l. l. p. 136—145 Dnuger l. l. p. 43—60.
[2]) edid. Adelbert von Keller Stuttgardiae 1858.

at paullo infra Daretis mentionem facit (similiter etiam v. 13081 seqq.) (v. 296)

Dares, ein ritter ûz erwelt,
der selbe vil vor Troye streit,
swaz der in kriechisch hât geseit
von dirre küneclichen stift,
daz wart mit endelicher schrift
ze welsche und in latine braht

unde vix puto quemquam conclusurum esse eum huius libro usum esse. Contra quod ex accurata comparatione apparet Benedictum secutus est, in multis tamen sine dubio alium fontem Francogallicum, non quidem Malkaraumium, quocum in quibusdam consentit. Statim ab initio ut hic somnium Hecubae, iuventutem Paridis, nuptias Pelei cum Thetide, natum atque educatum Achillem (secundum Ovidium et Statium[1]) narrat, tum expeditionem Argonautarum, fata Iasonis et Medeae (praecipue secundum Ovidium), Troiae excidium et refectionem secundum Benedictum, deinde (v. 13392—17300) Achilles apud Lycomedem regem Scyri describitur, (v. 15074 cf. Statii Achill. I, 276—282, v. 15350 cf. I, 372 seqq.) Tum poeta ad Benedictum revertitur et narrat Antenorem in Graeciam missum, eodem Paridem profectum esse, plurima ex hoc, raptum Helenae ex Ovidii Heroid. XVI XVII[2]). Ineptae Graecorum Troianorumque descriptiones recte omittuntur, in numero Graecorum sunt (v. 23907 seqq.) Castor et Pollux, Cursalion ûz Ungerlant, Manbri von Riuzen, Achel von Tenemarken, Lerant von Schotten, Anachel von Engellant, Margalius von Norwegen, Colebrant von Irlant, Floranz von Portigal, Urian von Navarre et postremo equites Germanici (v. 23996)

---

[1]) Cholevius l. l. p. 131 Bartsch l. l. p. XX [2]) Cholevius l. l. p. 140 Bartsch l. l. p. XXVI

diu wol mit ellentricher craft
nâch werde hât gerungen.

Inter eos qui Troianis auxilio venerunt nominantur (v. 24881) Alchimeliar ein richer markis, Florminius der künec von Schaldeie, Esoras herzog von Aggaron etc. In iis quae sequuntur rursus longioribus digressionibus (ex Ovidio et Statio sumptis) de Achille Scyro arcessendo et de morte Herculis agitur. Tum poeta denuo ad Benedictum redit et prima proelia apud Troiam commissa describit. Genuinum Conradi carmen usque ad v. 40424 pertinet: quae sequuntur ab ignoto homine addita sunt, qui cum neque ingenio neque doctrina neque elegantia Conrado par esset, hoc tantum sibi proposuit, ut inchoatam narrationem ad finem perduceret. Hoc igitur ita fecit, ut Daretem praecipue autem Dictyn quos latina lingua legisse manifestum est sequeretur.

Conradum sequuntur duo libri mscr. bibliothecae Monacensis[1]), unus „der troianische Krieg" cod. germ. 570 ab Ulrico Weickmanno fol. 92—161 a. 1457 scriptus, alter cum hoc fere consentiens „das buch von Troia" cod. germ. 579 fol. 164—222, in quo sub finem pauca desunt.

Etiam Gothae[2]) liber est prosaicam belli Troiani descriptionem continens, qui Conradum certe in genuina eius parte, in reliquis Guidonem sequitur.

Vestigia quaedam huius operis etiam apud *Rudolfum de Amisia*[3]) in libro quem inscripsit „Weltchronik" et apud *Ioa. Sachsium*[4]) in eius fabulis medio sexto decimo saeculo scriptis deprehenduntur, inprimis initio Historiae, „die Zerstörung der mechtigen stat Troya"[5]) et „das urteil Paridis"[6]) cum in secunda parte „Beraubung Helena auß Kriechenland" manifesto

---

[1]) Frommann l. l. p. 351 cf. Dunger l. l. p. 68. [2]) Dunger l. l. p. 69. [3]) Dunger ibidem. [4]) Dunger ibidem. [5]) edid. Adelb. de Keller II 154. [6]) ibidem p. 148.

Daretem, quem v. 39 (Darius Phrigius) nominat et initio Historiae „Mordopffer der göttin Diane mit der jungkfraw Ephigenie“[1]) Dictyn secutus sit.

Non alienum videtur hoc loco de miro quodam libello bulgarica vel serbica et latina lingua scripto disserere. *Trojanska priča* bugarski i latinski na svijet izdao *Fr. Miklošić* u Zagrebu 1871. Cum iam supra commemoraverimus plurimos Europae populos maximo ardore Troicas fabulas amplexos esse, in quibus suae ipsorum historiae primordia reperiebant, non mirabimur quod Bulgari quoque quos olim Myrmidones appellatos esse Malalas[2]) confirmat idem fecerunt.

Scriptus est hic liber fere saec. XIV. atque extat in cod. bibl. Vatic. Cui tempori autem latina interpretatio debeatur nescio. Ex quo fonte fluxerit, utrum ex slavico (bohemico aut polonico aut hungarico ut censet B. Kopitar Hesych. 45, an ex latino equidem non diiudicaverim. Iam antiquissimo tempore in linguam graecam versus est.

Argumentum libelli hoc est: Capite I. narratur de compluribus urbibus conditis. II. somnium Hecubae, Alexandri Paridis iuventus, certamen inter tres fatidicas de malo, amor Paridis et Oeneš. III. Troia aedificata a Tebuš (erat fidicen) et Neptenabuš, perfidia Priami, Ipiter Kaštrandrae excidium Troiae praedicit, Pariž in Graeciam proficiscitur. IV. Helena, cum Menelaus in bellum profectus esset, rapta Troiam venit. V. Agameno et alii reges Menelao auxilium ferunt, erant naves 1170, Felešae fatidicae ira ob cervam necatam, sacrificium Cvêtanae. VI. Proelia apud Troiam, Menelaus et Urekš legati de reddenda Helena ad Prêjamuš mittuntur. Oineš ivit ad Fariž et ad Helenam rixatura cum ea. VII. Urekšeš imaginem Minêrvae rapit et album equum Reideš regis, idem Acileš arcessit a litore Kalkadini, ubi rex erat

---

[1]) ibidem p. 72. [2]) Chronographia lib. V O 122.

Koeta. VIII. Agameno sumpsit Rižeudam filiam sacerdotis Rižeuš, magnus morbus, ira Acileš, Aiakš egressus est contra Nestorem, Alexander Fariž et Menelaus certant, Venuša domina auxilio venit. IX. Potrokoluš occiditur, Tetiša filio nova arma fert, somnium Evtropiae (*paullo infra* Androphia) uxoris Ektoris, Ektor interficitur ab Acileš, Prêjamuš in tentorium Acileš venit, Acileš in templo Troiae ab Elenuš percussus in calce. X. Urekšiš et Iaiakš contendunt de armis, Urekšiš ea accipit, Aiakš se transfigit. XI. Jakupa filium Polidvoruš ad Polinešter regem mittit: equus Troianus, excidium urbis, Menelaus Helenam et Alexandrum securi percuti iussit, Polikšena Jakupa. XII. Polinešter Polidvoruš occidi iussit et ipse occiditur. et revertit rex Menelaus cum omnibus graecis cum magno honore, postquam Troiam per decem annos et septem menses obsederunt. et ita interiit regnum troicum ante Christum natum anno trecentesimo sexagesimo, indictione septima. et ita deus superbos humiliat, et semen impiorum delet, uti propheta praedixit, dicens: vidi impium superbientem et sese extollentem *etc. etc.* amen.

De quo libello misere conscripto quid sit iudicandum non admodum facile est ad discernendum, primum tamen hoc mihi persuasi monachum quendam eius auctorem fuisse, non solum ob finem quem modo laudavi, sed quoniam quae christianae fidei repugnant quam maxime commutat, ut (c. II) deas Paleš Junaa Venuša saepius „dominas fatidicas“, Tebuš et Neptenabuš III, 3 „diabolos terrestres“, item IX, 16 „parvos diabolos Vulcani“ appellat. Monachum etiam sapiunt verba quibus describitur Priamus tentorium Achillis post interfectum filium Hectorem ingressus (IX 50): „et coepit quaerere tentorium Acileš: quem hodie deus honoravit, ut mihi potum et cibum praeberet peccatori et peregrino“ et ea quibus Jakupa regina flentes virgines consolatur (XI, 55): „tacete,

filiae meae, nolite flere, habeo, qui nostras lacrimas supprimat."

Non pauca ut doctissimus amicus meus R. Koehler mecum communicavit, auctor ex poetis Romanis sumpsit, ut ex Ovidii Metam. XII 615

et de tam magno restat Achille
Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.

haec (IX 83): o robur et gloria Acileš, omnes urbes et omnia litora te capere non poterant, et nunc unam urnam auream non imples.

ex Metam. XIII 168

Nata dea, dixi, tibi se peritura reservant
Pergama. Quid dubitas ingentem evertere Troiam?

haec (VII 32): o divina virgo, ne perterrere Troia urbe, expectat te Troia a te delenda.

ex Metam. XIII 291

neque enim clipei caelamina norit
Oceanum et terras, cumque alto sidera caelo,
Pleiadasque, Hyadasque, immunemque aequoris Arcton,
Diversasque urbes, nitidumque Orionis ensem.

haec (VII, 17): arma cum scuto, in quo picta erat imago totius mundi, sol et luna et stellae et tempestas et avidus gladius Oreš regis.

ex Heroid. V 29

Cum Paris Oenone poterit spirare relicta
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

haec (II 83): o domina Oineuša, non deseram te; si vero te deseruero, fluvius hic Kašantuša retrorsum fluet.

ex Heroid. V 57

Utque celer venias, virides Nereïdas oro.

haec (VI 26): cum tu ires in Graeciam ... tum ego precabar vilam maris, ut sisteret maris fluctus, ut tu ires laeto corde.

ex Heroid. XVI 185

O quotiens dices „quam pauper Achaïa nostra est!"
Una domus quaevis urbis habebit opes.

haec (IV 29): troicum palatium unum plus habet auri et argenti quam graecum imperium.

ex Heroid. XVII 87

Orbe quoque in mensae legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit AMO.

haec (IV 11): Alexander Fariž scribebat rubro vino in albo sudario, et ita loquebatur: Helena regina, ama me, amabo te.

ex Servio (ad Verg. Aen. II 81) salem seminare (V 4 X 6) atque ex eodem (ad II 241) „novimus integro sepulcro Laomedontis, quod super portam Scaeam fuerat, tuta fuisse fata Troiana“: id quod legimus (VI 44) quamdiu stat lapis magnus super portam .... Troia expugnari non potest.

Praeterea rixa inter Ulixem et Aiacem de Achillis armis exorta non immerito cum eadem Ovidii descriptione (XIII 1—381) conferri potest. Multa etiam Dictys et Daretis commonefaciunt (cf. II 4 Di. p. 68, 14 — IV 53 Di. p. 7, 30 — VIII 5 Di. p. 37, 11 — VIII 18 Di. p. 49, 6 — VIII 31 Da. p. 25, 5 — IX 19 Da. p. 28, 24 — XI 31 Da. p. 51, 15, etc. Sed quod multo mirabilius est atque recte vidit Koehler, non pauca etiam cum carmine Conradi de Virceburgo consentiunt; nam primum ut etiam apud Malkaraumium et in Trojumanna Saga somnium Hecubae narratur, deinde Paridis iuventus. Neque solum in utroque describendi ratio similis est, sed occurrunt etiam complura quae maximopere mireris, nihil autem magis quam hoc: Apud Conradum enim legimus (v. 622)

jô was er ein griezwarte
und ein guot rihter under in.
wan swer den sic do fuorte hin,
dem sazte er uf sin houbet
ein schapel wol geloubet

et deinde (v. 646)

swaz dâ gesigte bi der stunt:
ez wære ein ohse, ez wære ein wider,
daz reht enleit er dâ niht nider,
wan er im eine crône
sazt uf sin houbet schône.

in hoc libello (II 24): Pariž committebat duos boves, et pungebant inter se et uter vincebat, ei nectebat coronam e floribus.

Etiam quae II 79 seqq. exponuntur a Conrado plane simili modo paullo supra narrata sunt: apud illum enim legimus v. 702

dô treip er dicke in einen bach
daz vihe trenken in dem wage,
der flôz in einem schœnen hage
vür eine wilde clûse.
dar inne was mit hûse
gesezzen ein gotinne.

apud hunc II 79 „et appropinquavit Troiae ad fluvium dictum Kašantuša, et apud fluvium eum invenit Veneuš dominam“

apud illum v. 790

sô Pariz und Egenoê
von ir minne scheident
und beide einander leident,
sô muoz diz wazzer wunneclich
ze berge fliezen hinder sich

apud hunc II 83 quod iam supra memoravi: „non deseram te; si vero te deseruero, fluvius hic Kašantuša retrorsum fluet“

apud illum v. 726

wan si begunden under ein
ir muot verstricken und ir lip.
er wart ir man, si wart sin wip.

apud hunc II 85 „et cum ea primum amorem iniit et sumpsit ei coronam.“

denique apud illum v. 20770 (cf. 21678)

„amo“ daz wort er dicke schreip
mit wîne lûter unde frisch
für die vil clâren ûf den tisch

apud hunc IV 11 Alexander Fariz scribebat rubro vino in albo sudario et ita loquebatur: Helena regina, ama me, amabo te.

Quae modo attulimus quamvis eiusmodi sint, ut inde suspicari liceat auctorem e fonte quodam fortasse latine scripto hausisse, cuius auctor non ignarus fuit litterarum Romanarum, ex aliis facile comprobari potest eum posteriore tempore vixisse atque seri huius temporis fabulas, quibus tum homines delectabantur, adhibuisse. Etenim Paris cum ad Menelaum venisset, dixit: (IV 3) o domine rex, sciat maiestas tua me non venisse servitum tibi propter aurum aut argentum aut propter alia bona, sed ut viderem, qualia sint convivia in tua aula. — de Iphigenia hoc narratum est V 64 „et quum esset mane, inebriaverunt eam vino, et sopiverunt et reliquerunt“. — Paris dicit tribus deabus, quarum de pulchritudine ei iudicandum erat (II 58): ite dominae, et exuite vos. — Hectore interfecto Priamus humilibus et detritis vestibus indutus citharamque habens (IX 52) peccator et peregrinus ad Achillem profectus est.

Sunt autem, nisi fallor, vestigia quaedam duplicis recensionis, prioris atque posterioris, quae non omitto, quamvis unum alterumve nimiae auctoris neglegentiae tribui posse non negaverim. Itaque scriptum est IV 50 „troici heroes et troicae dominae noluerunt ei obviam exire, nullus heros, nullus e servis“ et paullo post: „et exiit ei obviam pater eius Pr. rex et mater“. — V 12 Palamedes orat, ut ad Ulixem insaniam simulantem mittatur „et reges miserunt Ajakš Solomonič“. — V 21 „aderat vero etiam Acileeš fortior quam omnes Graeci, Fereleši filius“ pergitur „et induit muliebrem vestem et am-

bulavit cum dominabus per urbes" — V 51 narratum est Agamemnonem filiam suam arcessivisse, eodem versu legimus ambo reges Ulixem ad Clytemestram misisse ad eam arcessendam.

Exeunte saec. XIII *Guido de Columna* iudex Messanensis qui per longius temporis spatium in Anglia[1]) degerat, lingua latina historiam destructionis Troiae mandato Matthaei de Porta archiepiscopi Salernitani ut ipse in epilogo dicit scriptam ad finem perduxit. Codices extant in bibl. publ. Paris. non minus quam 18, quorum duo saec. XIV sunt, reliqui XV, complures in Italia, Vossius[2]) appellat cod. suum, praeterea cod. Cantabrigiae in bibl. domus S. Petri, Oxonii in bibl. Collegii Balliolensis. Guido ut pro illo tempore satis eruditus erat, non solum peritus Romanorum poetarum, quorum Ovidium et Vergilium saepius laudat, sed etiam aliorum scriptorum Ptolomaei Aegyptii, Dionysii Areopagitae, Iustiniani, Isidori, Bedae aliorum, ex quibus quavis occasione arrepta litterulas suas iactat, praecipue ad historiam geographiam artes naturales pertinentes. Ut ipse in praefatione exponit Daretem et Dictyn sequitur quippe quorum fides sit maxima: „quamquam hos libellos quidam Romanus Cornelius nomine Salustii magni nepos in latinam transferre curaverit, tamen dum laboraret nimium brevis esse, particularia historiae ipsius quae magis possunt allicere animos auditorum prae nimia brevitate indecenter omisit." „Asseruit enim in codice sui operis graeca lingua composito omnes illos suis oculis inspexisse" (De grecis inchoantibus inire consilia etc.) Ex his verbis Daretis et Dictyos libros cognitos habuit: sed etiam alium librum cognitum habuit, in quo hoc Cornelii vitium vitatum erat, scilicet Francogallicum Benedictum, qui copiosius quam Cornelius bellum Troianum descripsit neque quidquam

---

[1]) Ger. I. Vossius l. l. p. 491. [2]) ibidem.

eorum omisit quae merito ab omnibus laudari debent. Hoc quidem plane reticuit Guido, sed rem ita se habere manifestum est. Quod viri docti existimaverunt primitus graece fuisse scriptum Daretem et postero demum tempore in linguam latinam transversum, simul autem contractum iis quae apud Guidonem animadvertimus prorsus videtur comprobari. Cum enim compluribus locis Daretis nomen commemoretur in rebus describendis quas hodie frustra apud Daretem quaerimus, nihil videtur simplicius quam putare alium Daretem Guidoni praesto fuisse. Sed res aliter se habet, nempe ex Benedicto quem ille Daretis interpretem esse credidit ea sumpta sunt. Conferamus autem haec: In „secundo bello iam obsidione firmata" prodit Hector dux nonae aciei, equum conscendit „Galatheam, de cuius magnitudine fortitudine pulchritudine et suis aliis virtutibus mirabilia scripsit Dares". Nusquam tale aliquid apud nostrum Daretem invenimus, sed ne suspicari quidem licet quo loco scriptum fuerit, sumptum est ex Benedicto (v. 7989 seqq.). In capite inscripto „Quando Polidamas irruit in Mereum nepotem helene et interfecit eum" narrat de Merionis corpore mortui dimicatum esse, tum pergit: „Rex vero Celidis qui diebus suis omnibus aliis in forma pulchritudinis fuit praelatus, de quo scripsit Dares, quod eius formam nullus describere potuisset, quem regina de femineo tanti amoris ardore praecordialiter diligebat, quod magis eum carum habebat intime, quam se ipsam". Etiam hoc sumptum est ex Benedicto (v. 8789 seqq.). In „octavo bello" init. indutiis factis Hector vulnera curat „iacens tunc in aula pulchritudinis nobilis Ilion, de quo mirabilia scripsit Dares. Dixit enim eam fuisse totaliter institutam de duodecim lapidibus alabastri" *etc.* Copiose haec exponuntur a Benedicto (v. 11600). Denique initio „noni belli" in describenda ea pugna quam Priamus ipse ad Hectorem ulciscendum instituit legimus: „Et sicut

scripsit Dares centum quinquaginta millia equitum eo die ex parte Troianorum ad proelium sunt egressi". Plane idem apud Benedictum v. 17044 invenimus.

Sunt tamen etiam alii loci permulti, ex quibus conicias Guidonem Daretem, nostrum inquam Daretem, ante oculos habuisse. Quod quo clarius appareat complures infra adscribam, dicit enim: „Et quod frigius dares voluit in hoc loco quorundam grecorum et troianorum describere colores et formas qui etsi non omnium saltim describere voluit formosorum. Asseruit enim in codice sui operis graeca lingua composito omnes illos suis oculis inspexisse. Nam saepius inter treugas habitas inter exercitus ipse se ad Graecorum tentoria conferebat, uniuscuiusque maioris formam aspiciens et contemplans, ut ipsorum in suo opere sciret describere qualitates" (De Grecis inchoantibus inire consilia). Facile intelligimus obversatum esse Guidoni initium capitis XII p. 14, 9 „Dares Phr. qui hanc historiam scripsit ait se militasse usque dum Troia capta est, hos se vidisse, cum indutiae essent" — „De illis autem qui fuerunt in Troia idem dares formas suo stilo descripsit" (De forma et statura Troianorum) et paullo post „De his autem d. fr. voluit formas et colores describere". In universum tamen hic quoque Benedictum potius secutum esse crediderim qui et ipse ter de hac re (v. 5073 5271 5561) et plane simili modo loquitur. Etiam in enumerandis singulis Benedictum imitatus rectius sane post Helenam Graecos describit, apud hunc quoque Meriones omissus vel potius eius descriptio in Machaonem translata est, denique apud hunc quoque Polydamas Persarumque rex Memnon additi sunt. — „Sed fr. d. de his nihil in suo opere descripsit simpliciter ponens achillem et thelaphum apud messam gratia quaerendorum victualium advenisse (De grecis mittentibus achillem et thelaphum) cf. Dares p. 20, 27 „mittuntur Achilles et Telephus ad praedandam

Mysiam.“ — „Scripsit Dares quod eo die troilus multos milites interfecit ex grecis“ (De undecimo bello) cf. Dares p. 35, 19 „prodit in primo Troilus, caedit devastat“, et paullo infra „multos duces Argivorum Troilus interficit“ — „Quare sciendi fervore ipsum agnoscere gestiunt omnes astantes, quaerunt eius comites, unde sint et specialiter quis sit Paris“ (De numero navium quas Troiani duxerunt in grecorum depopulationem) cf. Dares p. 12, 4 „hi qui in insula erant, mirabantur classem regiam, interrogabant ab illis qui cum Alexandro venerant, qui essent, quid venissent“ — Praecipue autem complura quae sub finem libri invenimus cum Darete consentiunt, ut haec: „in fine tamen operis sui hoc addidit: Pugnatum est annis decem mensibus sex diebus duodecim et de Grecis fuerunt apud Troiam octingenta sex milia pugnatorum. Troiani vero pugnantes qui pro civitate ipsa defendenda pugnaverunt, fuerunt sexcenta milia septuaginta sex. Dixit etiam naves, cum quibus exulavit Eneas fuisse ducentas et cum quibus etiam Paris in Greciam fuit profectus. Troiani vero, qui secuti sunt Anthenorem, fuerunt duo milia quingenti, ceteri secuti sunt Eneam“ cf. Dares p. 52, 3 seqq. Ac ne quid deesset consensus, postremo tabula pugnatorum, de qua p. IX. disserui, adicitur, in qua hoc tantum mihi notatu dignum videtur, quod rectius quam in codd. quos equidem cognovi Epistropus et Cedius (i. e. Epistrophus et Schedius) in numero eorum sunt quos Hector interfecit.

Iis quae ultimo loco addidi Daretem ei plane eadem forma qua nobis cognitum fuisse comprobatur: ex reliquis autem quae comparavi hoc manifestum esse censeo praecipuum eius fontem fuisse Daretem Francogallicum scilicet Benedictum. Hoc etiam clarissime elucet ex multis nominibus propriis corruptis vel fictis quae ex illo fere recepit. Inter Graecos duces nominantur Tedius de regno Forcidis, Dorion

Thoas de regno suo Tolie, Melius de civitate sua Pigris, Ulixes de regno Tracie, Thelamonius Oileus de regno suo quod Demenium dicebatur (demeine apud Benedictum v. 5619: quo errore origo Francogallica apertissime detegitur), Doximax Firmeus Helimus de provincia Citamenie Theseus Treorius de Reisa *etc.*

Guidonis opus, quippe quod ex Darete et non solum isto latino quem Cornelius interpretatus erat, sed ex pretiosiore et copiosiore sumptum esse videretur ceterum non sine arte quadam confectum erat, eam quam meruit laudem nactum est. Etenim a. 1324 *Filippo* vel *Christoforo Ceffi* Florentiae et *Matteo di Scr. Giovanni Bellebuoni*[1]) hoc lingua vulgata interpretati sunt, paullo post artem typographicam inventam Venetiae excusum est. Francogallicae erant complures interpretationes, quarum una extat in bibl. de l'Arsenal n. 253 saec. XV admodum bene confecta, altera in bibl. Petropolitana n. 2 saec. XVI Edita est „Histoire de la destruction de Troie" circa a. 1480 et a *Raoul le Fêvre*, „le recueil des hystoires de Troye", (tertius liber) 1464 1484 1486 1490 (bis) et saepius, in Anglicam linguam versus a *W. Caxton* circa a. 1472. Ut autem Guido nusquam Benoitii mentionem fecit, ita Raoul le Fêvre nusquam Guidonis, saepe autem Daretis. *Germanica* versio mihi innotuit ea, quae in bibl. univers. litter. Vratisl. (lat. rec. III oct. 236) reservatur, typis exscripta a. 1598. Saepius autem eadem materia secundum Guidonem potissimum tractata est, ita tamen ut aut multa omitterentur, quod factum est in cod. germ. 696 bibl. Monac. c. 1480 scripto aut ex aliis auctoribus quidquid aptum videbatur adiceretur. Hoc nomine inprimis *Ioannes Mair Noerdlingensis* appellandus est, cuius liber (sine nomine auctoris)

---

[1]) Joly l. l. p. 484.

primum a. 1392 prodiit, tum saepius manu et typis exscriptus est: qui cum artissime ad Guidonem se adiungeret, tamen modo semel sub finem[1]) hunc fontem, saepius „die meyster" interdum Daretem commemorat, quamquam unde originem habuerit compluribus locis male intellectis[2]) facile iudicari potest. Libri formis excusi paucis locis e Conrado de Virceburgo[3]) expleti et locupletati sunt. Fere eodem tempore *Henricus* quidam *Brunsvicensis* pedestri oratione bellum Troianum narravit atque ita ut Conradum (i. e. genuinam partem libri eius), tum autem ubi hic desiit Guidonem sequeretur. Codex extat saec. XV in bibl. Academiae publicae Senkenbergianae. Neque indignus est qui commemoretur liber msc. S. IV 4 p. 27 saec. XV biblioth. Vratislaviensis oppidanae. In *Anglia* hanc materiam versibus tractavit *anonymus* quidam[4]), cuius poema Oxfordi (mscr. Laud. 395, 275 seqq.) reservatum splendidissime scriptum est, ut inde colligere possimus summo favore hoc fuisse exceptum, postea ineunte saec. XIV *Ioa. Lydgate*[5]) praestantissimus Chaucerii discipulus monachus ex ordine sancti Benedicti (The Hystoire, Sege and Dystruction of Troye translated by John Lydgate. Pynson 1513. pulcherrima et rarissima editio) Guidonem sequitur, ita tamen ut francogallica eius versione et Benedicto ipso usus esse videatur[6]). Ceterum quod raro factum esse videmus hic modo bellum Troianum descripsit, reditum Graecorum in patriam suam prorsus omisit. Etiam in *Scotia* versionem poeticam fere 20000 versuum continentem accuratissime factam invenimus (The Gest historiale of the destruction of Troy) servatam in unico libro musei Hunter. in univers. litt. Glasgov. cuius auctor credi-

---

[1]) Herbort von Fritzlâr herausg. von Frommann p. 351. [2]) Dunger l. l. p. 66. [3]) Dunger ibidem. [4]) Joly l. l. p. 496. [5]) Joly l. l. p. 493. [6]) Joly l. l. p. 497.

tur fuisse *Huchowne*[1]) *of the Awle Royale.* Praeterea autem in eadem terra altera versio facta est a quodam *Barbour*, cuius fragmenta in duobus libris manu scriptis Lydgatii ibidem reservatis reperiuntur.

In linguam *Hispanicam*[2]) Guidonis historiam vertit celeberrimus *Pedra Lopez de Ayala* (1332—1407), cuius liber msc. in bibl. Osuna II. M. 23 reservari dicitur, paucis additamentis auctus est liber II. M. 25 exeunte saec. XIV scriptus. Catalanica interpretatio[3]) a. 1367 a Iachme Conesa facta in bibl. Osuna III. M. 2 est. Crónica Troyana typis exscripta prima prodiit Burgis 1490, secunda Pampelonae 1496, cum hac fortasse artius cohaeret ea quam paravit *Pedro Nuñez Delgado* Sevillae 1502, 1509 Toleti 1512, qui in praefatione editionis suae dicit se versionem ab extero homine factam recognovisse et multis locis emendasse. Haec interpretatio post mortem P. N. Delicati (1535) saepius repetita est. In ea editione quae Medinae 1587[4]) prodiit multa mutata, multa praecipue initio operis ex ignotis fontibus addita sunt, nonnulla cum Conrado de Virceburgo et Troiumanna-Saga consentiunt, ita tamen ut hic quoque quemadmodum supra p. XXXV et XL circuitione quadam nescio qua ea sumpta esse statuamus, tum vero plurima ex Guidone ad verbum translata sunt. Extant praeter hos permulti libri Guidonis[5]), in *Indice de mss. de la bibl. Nacional* quinque codices Gil Columna, la historia troyana en castellano, inter hos duo saec. XIII (?) commemorantur: quae tamen num versiones Guidonis habendae sint valde licet dubitare. Non ad Guidonem sed ad Benedictum Mauranum[6]) referendi sunt duo libri inter

---

[1]) Joly l. l. p. 500. [2]) Ad. Mussafia, Ueber die spanischen Versionen der Historia Troiana. Acta academiae litterarum Vindobonensis classis philos.-hist. Vindob. 1871 t. 69 p. 49. [3]) ibidem p. 51. [4]) Mussafia ibidem p. 53 seqq. Joly l. l. p. 501 seqq. [5]) Mussafia l. I, p. 53 adnot. 6. [6]) Mussafia ibidem p. 39 seqq.

se plane consentientes a Nicolás Gonzales mense decembri a. 1350, unus (bibl. Scorial. H. I. 6) castilica, alter (bibl. Osuna 1. N. 16) galicica lingua scripti. Alius cod. bibl. Scorial L. II. 16 metricam Benedicti versionem continet.

Brevissime disseramus licet de duobus posterioris temporis operibus atque primum de eo quod *Wolframo Eschenbacensi* falso adscribitur „der Trojanerkrieg". Asservatum est in cod. monasterii Gotwicensis saec. XIV et fere 30000 versuum complectitur, minimi pretii, quippe in quo diversissimae fabulae sine arte et iudicio confundantur, Daretis autem cuius nomen non commemoratur pauca tantum vestigia deprehendas.

Etiam in terra septentrionali bellum Troianum enotuit, quod eo facilius factum est quod incolae illius terrae originem suam ad Troianos referebant. Extat liber pedestri oratione scriptus incerti auctoris qui inscriptus est *Trojumanna Saga*[1]). Auctor praecipue Daretem sequitur, hic illic Ovidium Pindarum Thebanum et Theodulum, sub finem Vergilium.

Iam vero restat, ut iis qui in edendo hoc scriptore benigne me adiuverunt, praecipue *Richardo Foerstero, Carolo Halmio, Ludovico Jeepio, Eduardo Woelfflino* gratias agam maximas.

---

[1]) edid. I. Sigurdsson, Annaler for nordisk Oldkyndighed 1848 cf. Dunger l. l. p. 74 seqq.

Siglorum tabula

L	codex Leidensis s. X
M	codex Monacensis s. IX vel X
G	codex Sangallensis s. X
F	codex Florentinus s. X
B	codex Bambergensis s. X
H	codex Bernensis s. X
D	codex Dresdensis s s. XII
V	codex Vindobonensis s. XII
R	codex Vratislaviensis Rhedig. s. XIII
A	codex Vratislaviensis s. XIII
O	codex Guelferbytanus s. XV

Cornelius Nepos Sallustio Crispo suo salutem.

Cum multa ago Athenis curiose, inveni historiam Daretis Phrygii ipsius manu scriptam, ut titulus indicat, quam de Graecis et Troianis memoriae mandavit. quam ego summo amore conplexus continuo transtuli. cui nihil adiciendum vel diminuendum rei *re*formandae causa putavi, alioquin mea posset videri. optimum ergo duxi ita ut fuit vere et simpliciter perscripta, sic eam ad verbum in latinitatem transvertere, ut legentes cognoscere possent, quomodo res gestae essent: utrum verum magis esse existiment, quod Dares Phrygius memoriae commendavit, qui per id ipsum tempus vixit et militavit, cum Graeci Troianos obpugnarent, anne Homero credendum, qui post multos annos natus est, quam bellum hoc gestum est. de qua re Athenis iudicium fuit, cum pro insano haberetur, quod deos cum hominibus belligerasse scripserit. sed hactenus ista: nunc ad pollicitum revertamur.

INCIPIT PROLOGUS DARETIS FRIGII ET HISTORIA de uastatione Troiae A cornelio nepote in latinum sermonem translata *M* INCIPIT PROLOGUS CORNELII IN HISTORIAM TROIANI BELLI *G*

salustio *MG* suo *om. G* | sat *M*

1 Dum m. ath. cur. agerem *G* 2 frigii *libri ubique* 3 quam — mandauit *om. M* 5 cui] cum *G* | rei formandae causa *M* esse ordinandae rei *G* reformandae *Dederichus,* 6 possint *G* 7 et] ut *M* | scriptura *G* 8 transuerterem *M* transuertere *D* uertere *G* 10 essent gestae *G* | u. v. m. (u. m. v. *DF*) e. ex. *om. M* existimandum sit *V fort.* utrum magis uera existimanda essent quae 11 quas *M* | mandauit memoriae *G* 12 id *om. MG habet AD* | et militauit *om. G* | dum *M* quo *G* *nos* cum | troianique pugnarent *G* 13 Anne *G* an *D* Minime *M* | credendum est *G* 14 quam — est *om. M* | h. b. factum est neminem dubitare putamus *V* 15 de qua re *DF* Denique *M* Et quia *G* | iudicium fuit] iugiter fuit mentio *V* | Homerus *add. D post* cum | prope pro magno *G* 16 bella gessisse *D* | discriberet *M* 17 sed *om. M* | aeternus *G* | ita *MG* ista *H* | reuertar *G*.

DARETIS PHRYGII DE EXCIDIO TROIAE HISTORIA.

I. Pelias rex [in Peloponneso] Aesonem fratrem habuit. Aesonis filius erat Iason virtute praestans, et qui sub regno eius erant, omnes hospites habebat et ab eis validissime amabatur. Pelias rex ut vidit Iasonem tam acceptum esse omni homini, veritus est, ne sibi iniurias faceret et se regno eiceret. dicit Iasoni Colchis pellem inauratam arietis esse dignam eius virtute: ut eam inde auferret, omnia se ei daturum pollicetur. Iason ubi audivit, ut erat animi fortissimi et qui loca omnia nosse volebat et quod clariorem se existimabat futurum, si pellem inauratam Colchis abstulisset, dicit Peliae regi se eo velle ire, si vires sociique non deessent. Pelias rex Argum

---

INCIPIT IPSA HISTORIA DE EXCIDIO TROIANORUM *M* EXPLICIT PROLOGUS INCIPIT HISTORIA DE TRoiAE EXCIDIO ET BELLIS TROIANORUM CORNELII A DARETE PRIMUM COMPOSITA *G*

1 Peleas *hic et infra M* | rex fuit *G* | in peloponense *M* in pelopenenso et *G* *exp. Obrechtus* | Essonem *M* etesonem *G* 2 Essonis *M* Esonis *G* | Iason erat *G* | uir quidam prestans eis qui s. peliae r. eius fuerant *G* 3 omnes eos *G* | habuit *D V* ualde diligebat *G* 4 amatus est *D V* diligebatur vl amabatur *G* 6 insidias *B* | facerent *M* | se *om. G* | eiceret] priuaret *D V* et se r. eiceret *om. M* 7 apud colchos *G* | ar. inaur. *G* | dignum cuius uirtutem expertam esse *G* 8 eam pellem *G* | *post* auferat *add. G*: praecepit. Quod si fecerit quae poposcerit ab eo | ei se *G* 9 pollicitus *M* | ubi haec *G* 10 fortissimus *M* | et quod] atque *G om. V* 12 colcis abstulisset et *M* | peleo *M* | uelle eo *G* 13 si — deessent *om. M*.

architectum vocari iussit et ei imperavit, ut navim aedificaret quam pulcherrimam ad voluntatem Iasonis. per totam Graeciam rumor cucurrit navim aedificari, in qua Colchos eat Iason pellem auream petitum. amici et hospites ad Iasonem venerunt et pollicentur se una ituros. Iason illis gratias egit et rogavit, ut parati essent cum tempus supervenisset: interea navis aedificatur et cum tempus anni supervenisset, Iason litteras ad eos misit, qui erant polliciti sese una ituros et ilico convenerunt ad navem, cuius nomen erat Argo. Pelias rex quae opus erant in navim inponi iussit et hortatus est Iasonem et qui cum eo profecturi erant, ut animo forti ad perficiendum irent, quo*d* conati essent. ea res claritatem Graeciae et ipsis factura videbatur. demonstrare eos qui cum Iasone profecti sunt non videtur nostrum esse: sed qui volunt eos cognoscere, Argonautas legant.

II. Iason ubi ad Phrygiam venit, navim admovit ad portum Simoenta: deinde omnes de navi exierunt in terram. Laomedonti regi nuntiatum est mirandam navim in portum Simoenta intrasse et in ea multos iuvenes de Graecia venisse. ubi audivit Laomedon rex, commotus est: consideravit commune periculum esse, si consuescerent Graeci ad sua litora adventare navibus. mittit ad portum, qui dicant, ut Graeci de finibus excedant, si non dicto obaudissent, sese armis eos de finibus eiecturum. Iason et qui

---

1 imperat *M* 2 pulchram *M* 4 erat *M* | iason p. aur. *om. M* | petiturus *M* 7 ueniret *M* | interea — superuenisset *om. M* 9 sese *om. G* 10 nauim *G* 11 fuerant *MG* fuerunt *M'* erant *F* | naui *G* 12 profecti sunt *M* profecturi essent *G* profecturi erant *H* 14 quae *G* quo *M*, *unde scripsi* quod | gratiae *G* grecis *M* 15 hos *G* 18 Igitur Iason *G* 19 symoentis *M*, *item infra* 22 aduectos esse de grecia *G* 23 est et *G* 24 ad — aduentare *om. M* | nauibus aduentare *G transposui* 25 nauibus uti *M* 26 discedant de f. eius *G* | sin dicto non *Dederichus* 27 tum *add. G ante* sese | eos *om. M.*

cum eo venerant graviter tulerunt crudelitatem Laomedontis sic se ab eo tractari, cum nulla ab eis iniuria facta esset. simul timebant multitudinem barbarorum, si contra imperium conarentur permanere, ne obprimerentur, cum ipsi non essent parati ad proeliandum: navim conscenderunt et a terra recesserunt, Colchos profecti sunt, pellem abstulerunt, domum reversi sunt.

III. Hercules graviter tulit a rege Laomedonte contumeliose se tractatum et eos qui una profecti erant Colchos cum Iasone, Spartam ad Castorem et Pollucem venit, agit cum his, ut secum suas iniurias defendant, ne Laomedon inpune ferat, quod illos a terra et portu prohibuisset: multos adiutores futuros, si se accommodassent. Castor et Pollux omnia promiserunt se facturos quae Hercules vellet. ab his Salaminam profectus ad Telamonem venit: rogat eum, ut secum ad Troiam eat, ut suas suorumque iniurias defendat. Telamon promisit omnibus se paratum esse, quae Hercules facere vellet. inde ad Phthiam profectus est ad Peleum rogatque eum, ut secum eat ad Troiam. pollicitusque est ei Peleus se iturum. inde Pylum ad Nestorem profectus est rogatque eum Nestor, quid venerit. Hercules dicit quod dolore commotus sit, velle se exercitum in Phrygiam ducere. Nestor Herculem conlaudavit operamque suam ei

---

1 uenerunt *G* | grandilitatem *M* 2 se *om.* *M* | ut nulla gratia et ab his magis iniuriam factam esse *M* 3 Laomedonti *add.* *G post* esset 6 proelium *G* | et *om.* *G* 12 secum *om.* *M*, *habet* *A*. utrum *G* (*pro* ut secum) 13 ferret *G* | a *om.* *G* 15 f. sese commutuassent *M* 16 ab his] inde *F* 17 prof. est *G* | rogatque *G* 19 omnibus rebus *MG* rebus *om.* *F* se ad omnia *V* 20 uelit facere *M* | frigiam *M* phiciam *G* pythiam *F* pithiam *V corr. Mercerius* 22 se i. pel. *G* 23 inde] In *M* | ad nestorem pilum *G* 24 ut quid *G* | ueniret *M* | quo *V* 25 d. in frig. *M* 26 operaque sua et poll. *M*.

pollicitus est. Hercules, ubi omnium voluntates intellexit, naves paravit, milites elegit. ubi tempus datum est proficiscendi, litteras ad eos, quos rogaverat, misit ut venirent cum suis omnibus: cum venissent, profecti sunt in Phrygiam: ad Sigeum noctu accesserunt. inde Hercules Telamon et Peleus exercitum eduxerunt: navibus qui praesidio essent Castorem et Pollucem et Nestorem reliquerunt. *quod ubi* Laomedonti regi nuntiatum est classem Graecorum ad Sigeum accessisse, et ipse cum equestri copia ad mare venit et coepit proeliari. Hercules ad Ilium ierat et inprudentes qui erant in oppido urgere coepit. quod ubi Laomedonti nuntiatum est urgeri ab hostibus Ilium, ilico revertitur et in itinere obvius Graecis factus ab Hercule occiditur. Telamon primus Ilium oppidum introiit, cui Hercules virtutis causa Hesionam Laomedontis regis filiam dono dedit. ceteri uero qui cum Laomedonte ierant occiduntur. Priamus in Phrygia erat, ubi eum Laomedon eius pater exercitui praefecerat. Hercules et qui cum eo venerant praedam magnam fecerunt et ad naves deportaverunt. inde domum proficisci decreverunt, Telamon Hesionam secum convexit.

IV. Hoc ubi Priamo nuntiatum est patrem occisum, cives direptos, praedam devectam, Hesionam

---

2 naues XII *G* | elegit] parauit *G* 4 ut uenirent misit *M* uenirent Qui *G* | cum uenissent] conuenissent; Et *M* 5 ad — accesserunt *om. G* 6 peleius *G* 7 e nauibus quae *G* nauibusque *M* 8 quod ubi *addidi* 9 classim *G* 10 et ipse] Laomedon *G* 11 coepitque *G* 12 prudentes *M* | in oppido *om. M* | oppugnare *G* obiurgare *B* 13 oppidum ab h. inpugnari Ilium *G* 14 obuiam *G* 15 prius *M* | Ilium *om. G* 17 Laomedontis filii qui cum eo fuerant occiduntur hypsipilus uolcontis ampitus *G* (Amphitus Hysiphilus Volcontus *apud Iscanum de bello Troiano I* 446). 19 pater eius *G* 21 deportant *M* 23 secum duxit *B* 25 ciues direptos *om. M* | euectam *MG nos* deuectam.

sororem dono datam, graviter tulit tam contumeliose Phrygiam tractatam esse a Grais, Ilium petit cum uxore Hecuba et liberis Hectore Alexandro Deiphobo Heleno Troilo Andromacha Cassandra Polyxena. nam erant ei etiam alii filii ex concubinis nati, sed nemo ex regio genere dixit esse nisi eos qui essent ex legitimis uxoribus. Priamus ut Ilium venit, ampliora moenia extruxit, civitatem munitissimam reddidit. et militum multitudinem ibi esse fecit, ne per ignorantiam opprimeretur, ita ut Laomedon pater eius oppressus est. regiam quoque aedificavit et ibi aram Iovi statuamque consecravit. Hectorem in Paeoniam misit, Ilio portas fecit, quarum nomina sunt haec: Antenorea Dardania Ilia Scaea Thymbraea Troiana et postquam Ilium stabilitum vidit, tempus expectavit. ut visum est ei iniurias patris ulcisci, Antenorem vocari iubet dicitque ei velle se *eum* legatum in Graeciam mittere: graves sibi iniurias ab his qui cum exercitu venerant factas in Laomedontis patris nece et abductione Hesionae: quae omnia tamen aequo se animo passurum, si Hesiona ei reddatur.

V. Antenor, ut Priamus imperavit, navim conscendit et profectus venit Magnesiam ad Peleum: quem

---

1 sor. suam *G* 2 a grecis esse *G* 3 heccuba *G*, *ut fere semper* | deiphoebo *M* deiphebo *G* *ut plerumque* 4 casandra *G* | polixena *M* 5 ei *om. M* | sed eos *G* eos *M* 6 duxit *B* | nisi eos *om. G* 7 minime moram fecit *add. G* *post* uenit 8 exstruxit et *M* | addidit *M* 9 mult. mil. *G* 10 opprimerentur *G* 12 ioui statori aram cons. *G* | iouis *M* | Hectorem *om. M sed est lacuna* | poeniam *G* poemia *M* 13 haec s. nom. *G* 14 antenoridas *M* antenoride *G* | dardanidas *M* dardanidae *G* dardania *F* | scea *M* sce *G* | timbria *M* tymbria *G* timbrea *F* 15 et] denique *G* 16 pat. ini. *G* 17 eum *om. libri add. Mercerius* 18 ut cum *MG add. ante* graves, *ibidem add.* ut conqueratur *edit. Venet.* 1499 19 factas in *om. G* 20 Hessionae et *M* | Hesionae quae] sororis pertulisset *G* | tamen *om. M add. post* ei 21 redderetur *G* 23 manesiam *M*.

Peleus hospitio triduo recepit, die quarto rogat eum, quid venerit. Antenor dicit quae a Priamo mandata erant, ut Graios postularet, ut Hesiona redderetur. haec ubi Peleus audivit, graviter tulit et quod haec ad se pertinere videbat, iubet eum de finibus suis discedere. Antenor nihil moratus navim ascendit, secundum Boeotiam iter fecit, Salaminam advectus est ad Telamonem, rogare eum coepit, ut Priamo Hesionam sororem redderet: non enim esse aequum in servitute habere regii generis puellam. Telamon Antenori respondit nihil a se Priamo factum, sed quod virtutis causa sibi donatum sit se nemini daturum: ob hoc Antenorem de insula discedere iubet. Antenor navim conscendit et in Achaiam pervenit. inde ad Castorem et Pollucem delatus coepit ab his postulare, ut Priamo satisfacerent et ei Hesionam sororem redderent. Castor et Pollux negaverunt iniuriam Priamo factam esse, Antenorem discedere iubent. inde Pylum ad Nestorem venit, dixit Nestori qua de causa venisset. qui ut audivit coepit Antenorem obiurgare, cur ausus sit in Graeciam venire, cum a Phrygibus priores Graeci laesi fuissent. Antenor ubi uidit nihil se impetrasse et contumeliose [Priamum] tractari, navim conscendit, domum reversus est. Priamo regi demonstrat, quid unusquisque

1 accepit *M* suscepit *G* recepit *R* 2 ueniret *M* *solus* | die — uenerit *om.* *G* | ea quae *G* 3 reddatur *MG* tantum redderetur *R* 4 tulit eo quod *G* | haec ad se *DV* *om.* *M* haec pertineri ad se *G* 5 uidebatur *M* uidebantur *DV* | suis *om.* *M* 7 boetiam *M* boeciam *G* | salamina *G* 9 equum esse diu *G* esse debitum *M* 10 seruitutem *G* | regiam puellam *G* 12 quod] quoniam *M* | sibi *om.* *M* | se *om.* *M* 13 iubet et *M* 14 Antenor — peruenit *om.* *G* 17 sororem *om.* *G* 18 f. e. pr. sed laomedontem eos prius lesisse *G* 21 esset *G* 22 Graeci *om.* *M* 23 ubi uidit ant. *B* ubi audiuit ant. *M* antenor ubi audiuit *G* *nostrum scripsi ex B et G* | et se et Pr. cont. *F* 24 Priamum *uncis inclusi* | tractare *M* | ascendit *G* 25 quomodo *MG* quod *H*, *nos* quid.

responderit et quomodo ab illis tractatus sit simulque hortatur Priamum, ut eos bello persequatur.

VI. Continuo Priamus filios vocari iubet et omnes amicos suos Antenorem Anchisen Aenean Ucalegonta *Buco*lionem Panthum Lampo*n*em et omnes filios, qui ex concubinis nati erant. qui ut convenerunt, dixit eis se Antenorem legatum in Graeciam misisse, ut hi sibi satisfacerent quod patrem suum necassent, Hesionam sibi redderent: illos contumeliose tractasse *Antenorem* et Antenorem ab eis nihil impetrasse. verum quoniam suam voluntatem facere noluissent, videri sibi exercitum in Graeciam mitti qui poenas repeterent ab eis, ne barbaros Graeci inrisui haberent. hortatusque est Priamus liberos suos, ut eius rei principes forent, maxime Hectorem, erat enim maior natu. qui coepit dicere se voluntatem patris vindicaturum et Laomedontis avi sui necem et quascumque iniurias Graeci Troianis fecissent, executurum, ne inpunitum id Grais foret, sed vereri, ne perficere non possent quod conati essent: multos adiutores Graeciae futuros, Europam bellicosos homines habere, Asiam semper in desidia vitam exercuisse et ob id classem non habere.

---

1 responderet *G* responderit *F* resp. et quom. *om. M.* | tractatus sit] tractauit *M* 2 hortatus est *M* hic hortatur *G* | Priamum *om. G* 3 uocari] suos *G* 4 angchisen Eneam *G* 5 Uchalegon *MG* Ucalegonta *B* | Bucolionem *om. M* pignalionem *G nostrum Mercerius* | panthum *FA* Talanaim *M* thaphantum *G* | lampotem *M om. G* Lamponem *Mercerius* | et omnes — eis *om. G* 7 se] Sane *M* 10 tractantes *MG* tractasse *F* | Antenorem *addidi post* tractasse, *Dederichus uoluit* contumeliose se, *quod habet F* | nil ab eis *G* 11 quod erat *add. M ante* uerum | uoluntate id f. (om. suam) *M* 13 reperirent *M* | ab eis *om. G* 14 inrisu *M* | liberos] filios *G* 15 maxume *B* 16 autem *MG* enim *R V* | uelle *ante* se *MG*, *om. alii* 17 uindicaturum] exequi *G* 18 necem ulcisci *G* 19 executurum *om. G* | id *om. G* 20 possent *F*, *rell. fere* potuissent 23 ob id] ideo *G* | classim *G*.

VII. Alexander cohortari coepit, ut classis praepararetur et in Graeciam mitteretur: se *eius* rei principem futurum, si pater velit: in deorum benignitate se confidere, victis hostibus laude adepta de Graecia domum rediturum esse. nam sibi in Īda silva, cum venatum abisset, in somnis Mercurium adduxisse Iunonem Venerem et Minervam, ut inter eas de specie iudicaret: et tunc sibi Venerem pollicitam esse, si suam speciosam faciem iudicaret, daturam se ei uxorem, quae in Graecia speciosissima forma videretur: ubi ita audisset, optimam facie Venerem iudicasse. unde sperare *coepit* Priamus Venerem adiutricem Alexandro futuram. Deiphobus placere sibi dixit Alexandri consilium et sperare Graecos Hesionam reddituros et satisfacturos, si, ut dispositum esset, classis in Graeciam mitteretur. Helenus vaticinari coepit Graios venturos, Ilium eversuros, parentes et fratres hostili manu interituros, si Alexander sibi uxorem de Graecia adduxisset. Troilus minimus natu non minus fortis quam Hector bellum geri suadebat et non debere terreri metu verborum Heleni. *ob* quod omnibus placuit classem conparare et in Graeciam proficisci.

VIII. Priamus Alexandrum et Deiphobum in Paeoniam misit, ut milites legerent. ad concionem

---

1 coh. coepit] cohortabatur *M solus* 2 eius *addidi* 3 futurum] fore *G* | uellet *G* | in deorum] de eius *M* 4 debere *add. M post* confidere | laude *et* de *om. M* 5 cum in uen. *G* 6 somniis *M* 8 iudicasset *M* 9 speciosiorem *G fort.* speciosissimam 10 speciosior *MG* speciosissima *edit. Venet.* 1499 *fort.* qua non in Gr. speciosior 11 optima *G* 12 deberet *M* debere *G* coepit *e coniectura scripsi* | priamum *G* 14 cons. Alex. *G* | sperabat *M* | Hes. Gr. *G* 15 si *om. G* | esset] erat *G* 18 interituros] interfecturos *B* 19 natus *M* 20 minimus fortis namque hectori *M* 21 et *om. G* | ob *addidi e coniectura* 22 clalses *G* | conparari *MG* conpararem *B*, *nos* conparare 23 proficisci] mitti *G* 25 poenia *M* peoniam *G* | mittit *G*.

populum venire iubet, commonefacit filios, ut maiores natu minoribus imperarent, monstravit quas iniurias Graeci Troianis fecissent: ob hoc Antenorem legatum in Graeciam misisse, ut sibi Hesionam sororem red-
5 derent et satis Troianis facerent: Antenorem a Grais contumeliose tractatum neque ab his quicquam impetrare potuisse: placere sibi Alexandrum in Graeciam mitti cum classe qui avi *sui* mortem et Troianorum iniurias ulciscatur. Antenorem dicere iussit, quomodo
10 in Graecia tractatus esset. Antenor hortatus est Troianos, ne horrescerent, ad debellandam Graeciam suos alacriores fecit, paucis demonstravit quae in Graecia gesserat. Priamus dixit, si cui displiceret bellum geri, suam voluntatem ediceret. Panthus
15 Priamo et propinquis prodit ea, quae a patre suo Euphorbo audierat, dicere coepit si Alexander uxorem de Graecia adduxisset, Troianis extremum exitium futurum, sed pulchrius esse in otio vitam degere, quam in tumultu libertatem amittere [et periculum
20 inire]. populus auctoritatem Panthi contempsit, regem dicere iusserunt quid vellet fieri. Priamus dixit naves praeparandas esse, ut eatur in Graeciam, utensilia quoque populo non deesse. populus conclamavit per se moram non esse, quo minus regis prae-
25 ceptis pareatur. Priamus illis magnas gratias egit, concionemque dimisit. ac mox in Idam silvam misit, qui materiem succiderent, naves aedificarent, Hecto-

---

1 filios et ut *MG* et *om. B aliique* 2 inperarent *G* | monstrauit *om. G* 4 Hesiona redderetur soror *G* 5 fecissent *G* 7 in *om. M* 8 sui *om. libri, habet edit. Venet.* 1499 14 suam — ediceret *om. M* 16 euforuo *G* euforbo *M* | ut si *MG* si *R* 17 exicium *G* 18 facturum *M* | pulchrum *MG* pulcrius *VR* | ocio *G* 19 et periculum inire *om. V non male* 20 populus — fieri *om. G* 22 ut in gr. eatur *G* ut eant in gr. *M* 23 esse *G* | clamauit *G* 24 praeceptis regis *G* 25 pareat *M* 26 contionemque *M* | ac — aedificarent *om. M.*

rem in superiorem Phrygiam misit, ut exercitum pararet [et ita paratus est]. Cassandra postquam audivit patris consilium, dicere coepit quae Troianis futura essent, si Priamus perseveraret classem in Graeciam mittere.

IX. Interea tempus supervenit: naves aedificatae sunt, milites supervenerunt, quos Alexander et Deiphobus in Paeonia elegerant. et ubi visum est navigar*i* posse, Priamus exercitum alloquitur, Alexandrum imperatorem exercitui praeficit, mittit cum eo Deiphobum Aenean Polydamantem imperatque Alexandro, ut primum Spartam accedat, Castorem et Pollucem conveniat et ab his petat, ut Hesiona soror reddatur et satis Troianis fiat: quod si negassent, continuo ad se nuntium mittat, ut exercitum possit in Graeciam mittere. post haec Alexander in Graeciam navigavit adducto secum duce eo, qui cum Antenore iam naviga*verat*. non multos ante dies quam Alexander in Graeciam navigavit, et antequam insulam Cytheream accederet, Menelaus ad Nestorem Pylum proficiscens Alexandro in itinere occurrit et mirabatur classem regiam quo tenderet. utrique occurrentes aspexerunt se invicem inscii quo quisque iret. Castor et Pollux ad Clytemestram ierant secum Hermionam neptem

---

2 et ita paratus est *B om. non male V* paratus] profectus *M* | esset *G* 3 patris consilium *om. G* 4 perseuerasset *M* 6 naues] classes *G* 8 phoenia *M* peonia *G* | nauigare *libri,* nauigari *Dederichus* 10 exercitus *G* | praefecit *MG* praeficit *B* 11 polid. *MG* | ut — petat *om. libri, add. edit. Venet.* 1499 *pro his* rogare *D* 13 soror eius *G* 15 exercitus p. in gr. mitti *G* 17 iam nauigare sciebat *MG et omnes fere libri*, prius nauigabant *R* iam prius nauigauerat *edit. Venet.* 1499 19 in *ante* insulam *add. editiones* | cyteriam *M* citheream *G* cytheream *D et sic infra* 20 accederent *M* | prof. pilum *G* 22 tenderent *G* 23 se *om. M* | inscii] in *M* 24 clitemestrem *G* classemtememsra *M* | hermoniam *G* | neptem suam Helenae *om. M.*

suam Helenae filiam adduxerant. Argis Iunonis dies festus erat his diebus, quibus Alexander in insulam Cytheream venit, ubi fanum Veneris erat: Dianae sacrificavit. hi qui in insula erant, mirabantur classem regiam, interrogabant ab illis, qui cum Alexandro venerant, qui essent, quid venissent. responderunt illi a Priamo rege Alexandrum legatum missum ad Castorem et Pollucem, ut eos conveniret.

X. At Helena vero Menelai uxor, cum Alexander in insula Cytherea esset, placuit ei eo ire. qua de causa ad litus processit. oppidum ad mare est Helaea, ubi Dianae et Apollinis fanum est. ibi rem divinam Helena facere disposuerat. quod ubi Alexandro nuntiatum est Helenam ad mare venisse, conscius formae suae in conspectu eius ambulare coepit cupiens eam videre. Helenae nuntiatum est Alexandrum Priami regis filium ad Helaeam oppidum, ubi ipsa erat, venisse. quem etiam ipsa videre cupiebat. et cum se utrique respexissent, ambo forma sua incensi tempus dederunt, ut gratiam referrent. Alexander imperat, ut omnes in navibus sint parati, nocte classem solvant, de fano Helenam eripiant, secum eam auferant. signo dato fanum invaserunt, Helenam non invitam eripiunt, in navim deferunt et cum ea mulieres aliquas depraedantur. quod cum Helenam abreptam oppidani vidissent, diu pugnaverunt cum Alexandro, ne Helenam eripere posset: quos Alexander fretus sociorum multitudine superavit, fanum expoliavit, ho-

---

1 filiam *om. MG habet A* | adduxerunt *MG* adduxerant *A* adducentes *R* | Iunonis] io nonus *M* 2 in *om. L* 3 ibique *H* 4 in *om. G* 5 regiam *om. L* 6 uel quid *R* qui *G* 9 At uero hel. *G* 10 esset] uenisset *G* 11 oppidum — Helaea *om. G* | Helaea] helena *L* 12 Ubi dianae *B* ibi d. *LG* 13 decreuerat *G* 15 eius] suo *G* 17 heleam *L* helenam *G* | ubi ipsa *R* u. helena *LG* 19 conspexissent *G* 22 Helenam *om. G* 25 quod ubi *G* | arreptam *L* 27 ne — posset *malim expungere,* possit *L.*

mines secum quam plurimos captivos abduxit, in naves inposuit, classem solvit, domum reverti disposuit, in portum Tenedon pervenit, ubi Helenam maestam alloquio mitigat, patri rei gestae nuntium mittit. Menelao postquam nuntiatum est Pylum, cum Nestore Spartam profectus est, ad Agamemnonem fratrem misit Argos rogans, ut ad se veniat.

XI. Interea Alexander ad patrem suum cum magna praeda pervenit et rei gestae ordinem refert. Priamus gavisus est sperans Graecos ob causam recuperationis Helenae sororem Hesionam reddituros et ea quae inde a Troianis abstulerunt. Helenam maestam consolatus est et eam Alexandro coniugem dedit. quam ut aspexit Cassandra, vaticinari coepit memorans ea quae ante praedixerat. quam Priamus abstrahi et includi iussit. Agamemnon postquam Spartam venit, fratrem consolatus est et placuit, ut per totam Graeciam conquisituri mitterentur ad convocandos Graecos et Troianis bellum indicendum. convenerunt autem hi: Achilles cum Patroclo Euryalus Tlepolemus Diomedes. postquam Spartam accesserunt, decreverunt iniurias Troianorum persequi, exercitum et classem conparare: Agamemnonem imperatorem et ducem praeficiunt. hi legatos mittunt, ut tota Graecia conveniant cum classibus et exercitibus ornati paratique ad Atheniensem portum, ut inde pariter ad Troiam proficiscantur ad defendendas suas iniurias. Castor

---

1 captiuos *om. G* | adduxit *G* 4 alloquio mestam mitigauit *G* 5 misit *G* | p. in pilo n. *LG* | Pylum *scripsi cum M* 7 argos *M* argis *LG* | a se *L* 10 ob hanc *G* 11 haesionam *L* 13 consolatur et *G* 14 uaticinare *L* 15 memorans *om. G* | praedixit *G* 16 abstrai *G* 18 conquisitores *V* | mitterent *LV* mitterentur quaesituri *G* 19 *pro* Graecos *fvrt.* reges 20 Eurialus *LG* 21 tlepolemus *B* Telepolemus *LG* 23 conparandam *fere libri* comparari *V* comparare *Mercerius* | et ducem *om. G* 25 conueniat *LG* conueniant *B*.

et Pollux in recenti, postquam audierunt Helenam suam sororem raptam, navem conscenderunt et secuti sunt. cum in litore Lesbio navem solverent, maxima tempestate *exorta* nusquam eos conparuisse creditum est, postea dictum est eos inmortales factos, itaque Lesbios navibus eos usque ad Troiam quaesitum isse neque eorum usquam vestigium inventum domum renuntiasse.

XII. Dares Phrygius, qui hanc historiam scripsit, ait se militasse usque dum Troia capta est, hos se vidisse, cum indutiae essent, partim proelio interfuisse, a Dardanis autem audisse qua facie et natura fuissent Castor et Pollux. fuerunt autem alter alteri similis capillo flavo oculis magnis facie pura bene figurati corpore deducto. Helenam* similem illis formosam animi simplicis blandam cruribus optimis notam inter duo supercilia habentem ore pusillo. Priamum** Troianorum regem vultu pulchro magnum

---

* Ioannis Malalae Chronographia lib. V p. 114. Georgii Cedreni Historiarum compendium P. 124. Tzetzes Antehomerica 115—120. Constantini Manassis Compendium Chronicum p. 24 u. 1157 seqq. Iosephus Iscanus de bello Troiano IV 172 seqq.

** Malal. p. 130—136 Meriones, Idomeneus Philoctetes Aiax Locrus Neoptolemus Calchas. Priamus Hector Deiphobus Helenus Troilus Alexander Aeneas [Glaucus *pro hoc scribendum est adiectiuum γλαυκός*] Antenor. Hecuba Andromacha Cassandra Polyxena. Isaacius Porphyrogenneta *περὶ τῶν καταλειφθέντων ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου* sub finem: Agamemnon Menelaus Achilles Patroclus Ulixes Diomedes Nestor Protesilaus Palamedes Meriones Idomeneus Aiax Locrus Neoptolemus Calchas Priamus Deiphobus Helenus Troilus Alexander Aeneas Antenor. Hecuba Andromacha Cassandra Polyxena Hector. Iosephus Iscanus IV, 43—171 Priamus Hector Deiphobus Helenus Troilus

---

2 suam *om.* *G* | nauim *G* 3 cumque *G* | littore *L* | nauim *G* 4 oppressi *add.* *V* correpti *editt. uett. nos* exorta | numquam penitus *B* 6 esse *L* 10 troiam captam *L* 14 similes *G* 17 notam] *Lessingius maluit* moram.

voce suavi aquilino corpore. Hectorem blaesum candidum crispum strabum pernicibus membris vultu venerabili barbatum decentem bellicosum animo magno in civibus clementem dignum amore aptum. Deiphobum et Helenum similes patri dissimili natura, Deiphobum fortem Helenum clementem doctum vatem. Troilum magnum pulcherrimum pro aetate valentem fortem cupidum virtutis. Alexandrum candidum longum fortem oculis pulcherrimis capillo molli et flavo ore venusto voce suavi velocem cupidum imperii. Aeneam rufum quadratum facundum affabilem fortem cum consilio pium venustum oculis hilaribus et nigris. Antenorem longum gracilem velocibus membris versutum cautum. Hecubam magnam aquilino corpore pulchram mente virili piam iustam. Andromacham oculis claris candidam longam formosam modestam sapientem pudicam blandam. Cassandram mediocri statura ore rotundo rufam oculis micantibus futurorum praesciam.

Alexander Aeneas Antenor Hecuba Andromacha Cassandra Polyxena Agamemnon Menelaus Achilles Patroclus Aiax Locrus et Telamonius Ulixes Diomedes Nestor Protesilaus Neoptolemus Palamedes Podalirius Machaon Meriones Briseis Castor et Pollux. Tzetzes Antehom. 125—127 Alexander, 222—225 Protesilaus, 353—358 Chryseis et Briseis, 397—400 Palamedes. Posthom. 362—383 Priamus Hecuba Andromacha Cassandra Helenus Deiphobus Aeneas Antenor Troilus, 469—480 Achilles Patroclus Antilochus, 492—495 Aiax, 504—507 Polyxena, 525—530 Neoptolemus, 580—583 Philoctetes, 651—675 Agamemnon Menelaus Nestor Idomeneus Meriones Locrus Calchas Diomedes Ulixes.

---

1 corpore *add. G ante* voce | blesum *LG* 3 magnum *G* 4 in ciuibus *LG* in ciuis *suspicatur Halmius* | et *post* dignum *libri, expunxi* | amori *A* | aptum] *fort.* pium 5 dissimiles *G* 6 uatem *om. G* 10 Heneam *L* 11 cum *om. G* 12 hilar. oc. *G* | et *om. LG add. A* 14 magnam *om. G* 15 iustam piam *G* 18 candidam *add. G ante* rufam.

Polyxenam candidam altam formosam collo longo oculis venustis capillis flavis et longis conpositam membris digitis prolixis cruribus rectis pedibus optimis, quae forma sua omnes superaret, animo simplici largam dapsilem.

XIII. Agamemnonem albo corpore magnum membris valentibus facundum prudentem nobilem divitem. Menelaum mediocri statura rufum formosum acceptum gratum. Achillem pectorosum ore venusto membris valentibus *et* magnis iubatum bene crispatum clementem in armis acerrimum vultu hilari largum dapsilem capillo myrteo. Patroclum pulchro corpore oculis *caesiis* viribus magnis verecundum certum prudentem dapsilem. Aiacem Oileum quadratum valentibus membris aquilino corpore iocundum fortem. Aiacem Telamonium valentem voce clara capillis nigris coma crispa simplici animo in hostem atrocem. Ulixem firmum dolosum ore hilari statura media eloquentem sapientem. Diomedem fortem quadratum corpore honesto vultu austero in bello acerrimum clamosum cerebro calido inpatientem audacem. Nestorem magnum naso obunco longo latum candidum consiliarium prudentem. Protesilaum corpore candido vultu honesto velocem confidentem temerarium. Neoptolemum magnum viriosum stomachosum blaesum vultu

---

1 polix. *G* pollix. *L* | longam ut altam candidam *G* 2 conpositam *M* conposita *LG* 4 animi *G* 6 album *G* 8 mediocris staturae *G* 10 et *om. libri, habet Mercerius* | uibatum *G* 12 mirteo *G* 13 caesiis *om. LG* cereis *M* cesiis *edit. Venet.* 1499 | uiridibus *G* uirilibus *L* uiribus *B* | magnum *G corr. pr. m.* 14 oleum *M* oyleum *G* ioleum *L* 16 thelam. *L* 17 an. simp. *B* | in hoste *G* 18 Olyxxen *L* | firmum *libri*, formosum *Mercerius* 21 chelebro *L* 22 nasum *L* | abunco *L* | longo] largum *G* | maximum *add. LG ante* candidum, *om. R* 23 candidum *G* 24 tem. conf. *G* | Neobt. *L* 25 blesum *LG*.

bonum aduncum oculis rotundis superciliosum. Palamedem gracilem longum sapientem animo magnum blandum. Podalirium crassum valentem superbum tristem. Machaonem fortem magnum certum prudentem patientem misericordem. Merionem rufum mediocri statura corpore rotundo viriosum pertinacem crudelem inpatientem. Briseidam formosam non alta statura candidam capillo flavo et molli superciliis iunctis oculis venustis corpore aequali blandam affabilem verecundam animo simplici piam.

XIV. Deinde ornati cum classe Graeci Athenas convenerunt: Agamemnon ex Mycenis cum navibus numero C, Menelaus ex Sparta cum navibus numero LX, Ar*c*esilaus et Prothoenor ex Boeotia cum navibus numero L, Ascalaphus et *Ial*menus ex Or*cho*meno cum navibus numero XXX, Epistrophus et Schedius ex Phocid*e* cum navibus numero XL, Aiax Telamonius ex Salamina adduxit secum Teucrum fratrem, *ex* Bu*pr*asione Amphimachum D*io*rem Th*alp*ium Polyxe-

XIV. Dictys Cretensis I 17.

1 bonum] toruum *O* | *fort.* aduncum naso 3 Polachrium *G* 7 Bereseidam *G* Breseidam *L* 8 molli et flauo *G* 11 classibus *G* | Graeci *add. A ante* Athenas 12 micenis *LG* | cum *et* numero *fere om. G, in eodem numeri litteris scripti sunt* 14 archelaus *LG* archesilaus *V* Arcesilaus *Mercerius* | protenor *LG* | boetia *G* 15 Ascolofus *L* Ascalophus *G* | alimnus *L* alumnus *G* almenus *F corr. in edit. Venet.* 1499 | orcomoenio *L* orcomeno *G corr. Mercerius* 16 Epistropus et scedius *LG* Epistrofus et schedius *edit. Venet.* 17 potiden *L* phodicenno *G* phocide *edit. Venet.* | Thel. *L* | Teucrum *G* teuchrum *L* 18 *post* fratrem *fortasse cum Dedericho haec addenda sunt:* nauibus XII ex | *apud Homerum Il. II* 557 *Aiax Telamonius duodecim naues ducit, Aiax Oileus II* 534 *quadraginta* 19 bublationem *L* bubationem *G* bufarasionem *F* ex Elide *Mercerius, nos* Buprasione | amphimacum *G* amphibachum *L* | dorium *LG, corr. Mercerius* | tesium *L* thesium *G* Thalpium *Mercerius* | polix. *LG* | *fort.* Amphimachus Diores *etc.*

num cum navibus numero XL, Nestor ex Pylo cum navibus numero LXXX, Thoas ex Aetolia cum navibus numero XL, N*ir*eus ex *Sy*me cum navibus numero LIII, Aiax Oileus ex Locris cum navibus numero XXXVII, Antiphus et Phi*d*ippus ex Cal*y*d*na* cum navibus numero XXX, Idomeneus et Meriones ex Creta cum navibus numero LXXX, Ulixes ex Ithaca cum navibus numero XII, E*u*mel*u*s ex Ph*e*ris cum navibus numero X, Protesilaus et P*o*darc*e*s ex P*h*ylaca cum navibus numero XL, Podalirius et Machaon Aesculapii filii ex Tric*ca* cum navibus numero XXXII, Achilles cum Patroclo et Myrmidonibus ex P*h*thia cum navibus numero L, *Tle*polemus ex Rhodo cum navibus numero IX, Eurypylus ex Or*m*en*i*o navibus numero XL, Antip*h*us et Amphimachus ex *E*lide navibus numero XI, Pol*ypoe*tes et Leont*e*us ex *Arg*isa

---

1 pilo *G* philo *L* | *Nestori ab Homero II* 602 *nonaginta naues tribuuntur* 2 etholia *G* 3 Uenerius *G* Onerius *L* | eximina *L* eximi *G, id est:* Nireus ex Syme | quinquaginta tribus *G* *Homerus II* 671 *ei tres naues tribuit* 4 cyleus *L* 5 antippus philippus *LG* thoas *G* toas *L* Anthippus phidippus thoas *edit. Venet.* Antiphus Phidippus *Mercerius* | caledonem *L* caledonae *G om. Mercerius,* ex Calydna *Dederichus* 7 uxiles *L* | itacha *LG* 8 XII] XL *G* | Aemelius ex pyrgis *L* Emeleus ex pirgis *G corr. Mercerius. Eumelus apud Homerum II* 713 *undecim naues habet* 9 Protelaus *G* | protharchus *L* potarcus *G* Podarces *Mercerius* | pylaca *LG corr. Mercerius* 10 Prodalirius *L* | maachon *G* | excolaphi filii *L* excolapifisi *G* 11 textrici *G* extrici *L* ex Tricca *Mercerius* | XXX IIbus *G*, *apud Homerum II* 733 *ei triginta naues tribuuntur* 12 *post* Patroclo *add. G:* nauibus numero L simul ex, *om. postea* nauibus L | et *om. G* | mirmidonibus *LG* | pthia (pithia *sec. m.*) *L* thaphia *G* Phthia *Mercerius* 13 Theplepomus *L* telepolemus *G corr. in edit. Venet.* | rodo *LG* 14 Euripilus *LG* | orcomeno *L* orco *G* Ormenio *Dederichus* 15 XLX *G* | Antippus *G* Xantipphus *L* Antiphus *Mercerius* | amphimacus *LG* | iliden *LG* Elide *edit. Venet.* 16 Polibetes *L* polibetis *G* Polypoetes et Leonteus *Mercerius* | leontius *LG* | larisa *fere omnes libri*, dothonia *F*, Argissa *Daceria.*

navibus numero XL, Diomedes Euryalus Sthenelus ex Argis navibus numero LXXX, Philoctetes ex Melibea navibus numero VII, Guneus ex Cyp*h*o navibus numero XXI, Proth*ou*s ex Magnesia navibus numero XL, Agapenor ex Arcadia navibus numero XL, Menestheus ex Athenis navibus numero L. hi fuerunt duces Graecorum numero XLVIIII, qui adduxerunt naves numero mille CXXX.

XV. Postquam Athenas venerunt, Agamemnon duces in consilium vocat, conlaudat hortatur, ut quam primum iniurias suas defendant. rogat, si cui quid placeat suadetque, ut, antequam proficiscerentur, Delphos ad Apollinem consulendum mitterent: cui omnes adsentiunt. cui rei praeficitur Achilles, hic cum Patroclo proficiscitur. Priamus interea, ut audivit quia hostes parati sunt, mittit per totam Phrygiam qui finitimos exercitus adducant, domique milites magno animo comparat. Achilles cum Delphos venisset, ad oraculum pergit: et ex adyto respondetur Graecos victuros, decimoque anno Troiam capturos. Achilles res divinas, sicut imperatum est,

---

1 XL] LX *G* | Eurialus *LG* | tenelus *G* exteleneus *L* 2 exergis *L* | philoctites *G* fylopetes *L* 3 melibea *G* moeliboea *L* | cypro *LG* Cypho *Mercerius, apud Homerum II* 748 *Guneus uiginti duas naues habet* 4 prothoclus *L* prothoclius *G* Prothous *Mercerius* 5 archadia *LG* 6 XXI *G* | Cernus ex pilo nauibus numero XXII *add. L* | Mensteus *L* Mnestheus *G*. *Praeterea commemorantur ab Homero II* 494 *Peneleus Leitus Clonius simul cum Arcesilao et Prothoenore, u.* 540 *Elephenor ex Euboea, u.* 627 *Meges e Dulichio cum nauibus quadraginta uterque* 8 centum mille XX *G* 11 rogat ut si *G* 12 quid *om. G* 13 delfos et appollinam (a *corr. ex* e) *L* | de tota re *add. G post* consulendum | mitterent *H* mitti *G* 14 ass. *G* | praefertur *G* praeficitur—Patroclo *om. L* 18 denique *G* | militibus *L* | cum Achilles *G* 19 peruenisset *G* | et *om. G* | auditu *LG* adito *F V etiam infra* 20 respondit *G* | X^{o} quoque *G*.

fecit. et eo tempore venerat Calchas Thestore natus divinus. dona pro Phrygibus a suo populo missus Apollini portabat, simul consuluit de regno rebusque suis. huic ex adyto respondetur, ut cum Argi-
5 vorum classe militum contra Troianos proficiscatur eosque sua intellegentia iuvet, neve inde prius discedant, quam Troia capta sit. postquam in fanum ventum est, inter se Achilles et Calchas responsa contulerunt, gaudentes hospitio amicitiam confirmant,
10 una Athenas proficiscuntur, perveniunt eo. Achilles eadem in consilio refert, Argivi gaudent, Calchantem secum recipiunt, classem solvunt. cum eos ibi tempestates retinerent, Calchas ex augurio respondet, uti revertantur et in Aulidem proficiscantur. pro-
15 fecti perveniunt. Agamemnon Dianam placat dicitque sociis suis, ut classem solvant, ad Troiam iter faciant. utuntur duce Philocteta, qui cum Argonautis ad Troiam fuerat. deinde applicant classem ad oppidum quod sub imperio Priami regis erat, et
20 id expugnant, praedaque facta proficiscuntur. veniunt Tenedum, ubi omnes occidunt. Agamemnon praedam divisit, consilium convocavit.

XVI. Inde legatos ad Priamum mittit, si velit Helenam reddere et praedam quam Alexander fecit
25 restituere. legati eleguntur Diomedes et Ulixes, hi ad Priamum proficiscuntur. dum legati mandatis parent, mittuntur Achilles et Telephus ad praedan-

---

1 calcas *hic et saepius G* chalchas *L* | *C* u. *G* | testore *G* de nestore *L* 2 Nam troianus fuit *add. L ante* diuinus 3 port. Ap. *G* | suisque rebus *L* 4 ex auditu *G* exa ditu *L* 6 iuuet *F* iussit *LG* | ne uel *LG* ne uere *F* *scripsi* neve | discedat *F* 8 Achilles *om. G* | chalcas *L* 9 gaudente *G* 10 eo] et *G* et *L* 11 calcantem *LG* 12 eas *L* 13 tempestatem *G* | respondet *B* respondit *LG* 14 ut *G* 17 faciunt *G* | filoctote *L* filocita (*corr. ex* filoceta) *G* 18 iuerat *O* 19 erat *R* esset *LG* est *F* 22 praeda *L* 23 uelit *M* uellet *LG* 25 eliguntur *L* 26 mandato *G*.

dam Mysiam. ad Teuthrantem regem veniunt praedamque faciunt. Teuthras cum exercitu superveniunt. quem Achilles fugato exercitu vulnerat: quem iacentem Telephus clipeo protexit, ne ab Achille interficeretur. commemorant inter se hospitium, quod Telephus cum adhuc puer erat, a patre Hercule progenitus, a Teuthrante rege hospitio receptus est. Diomedem regem ferunt eo tempore ve*n*antem cum equis potentibus et feris ab Hercule interfectum Teuthranti regnum totum tradidisse: ob hoc eius filium Telephum ei subpetias venisse. quod cum Teuthras intellegeret se eodem vulnere mortem effugere non posse, regnum suum Mysiam vivus Telepho tradidit et eum regem ordinavit. tum regem Teuthrantem Telephus magnifice sepelivit. suadet ei Achilles, ut novum regnum conservet: ait plus multo eum exercitum adiuvaturum, si commeat*um* frumenti exercitui praepararet, quam si ad Troiam iret. itaque Telephus remanet. Achilles cum magno praedae commercio ad exercitum Tenedum revertitur, Agamemnoni rem gestam narrat, Agamemnon adprobat conlaudat.

---

1 misiam *L* mesiam *G* | theutrantem *LG* | perueniunt *G* 2 theutras *G* theutrans *L* | superuenit *G* 3 uulnerauit *G* 4 thelephus clyppeo eum pr. *L* 5 *post* interficeretur *G*: Commemorant inter se hospicium quod thelephus cum adhuc puer erat, *L*: Eo enim tempore telephus adhuc puer erat 7 theutra *L* theutrante *G* 8 ferunt *om. G add. post* feris | uexantem *libri, corr. Mercerius* | cum *om. L* 9 equi *G* quosque *L* | potente efferis *L* 10 theutrantemque *G* theutrantique *L* | regem *G* | tutum *G* | reddidisse *LG* tradidisse *A* 11 supp. *G* 12 intellig. *L* 14 et *L in marg.* | eumque *G* | ordinat *L* | tunc — ei *L in marg.* 15 suadetque *G* 16 ait] et *G* 17 adiuturum *G* | commeatis (is *corr. in* u) *L* commeato *G, scripsi* commeatum | frumento *G* 18 exercitui prepararet *L* quotannis de eo regno eos adiuuet *G*, *malim* conpararet | iret] eat *G* 19 magna *L* 20 cum exercitu ad ten. *G* 21 Agamemnon *om. L* | appr. *G*.

XVII. Interea legati missi ad Priamum veniunt. Ulixes mandata Agamemnonis refert, postulat, ut Helena et praeda reddatur satisque Graecis fiat, ut pacifice discedant. Priamus iniurias Argonautarum commemorat, patris interitum, Troiae expugnationem et Hesionae sororis servitutem, denique Antenorem legatum cum miserit, quam contumeliose ab eis tractatus sit, pacem repudiat, bellum indicit, Graecorum legatos de finibus repelli iubet. legati in castra Tenedum revertuntur renuntiantes responsum. res consulto geritur.

XVIII. Aderant vero ad auxilium Priamo adversus Graecos ducatores hi cum exercitibus suis, quorum nomina et provincias insinuandas esse duximus: de Zelia Pandarus Amph*ius* Adrastus, de Colophonia M*opsus*, *de Phrygia* Asius, de Car*ia* Amphimachus Nastes, de Lycia Sarpedon Glaucus, de Larisa Hippo*th*ous et Cupesus, de Ciconia Euphemus, de Thracia Pirus et *A*camas, de Paeonia P*y*rae*ch*mes

XVIII. Dictys Cretensis II 35

2 mandata *scripsi cum F* conlaudat *LG* | refert *G* is in quid *L* 3 et praeda *om. G* | Graecis] regi *G* 4 pacifice] cum pace F^{ta} 6 hesionem *L* 7 commiserit (o *corr. in* u) *L* 8 tractus *L* 9 expelli *G* discedere *F* 11 consulto *M* consultum *G* consultim *L* 13 grecos *V om. LG* 15 amphion *L* ampon *G, scripsi* Amphius | adractus *G* | de colofonia *libri, an* de Arisba *scribendum?* 16 Mopsus *add. Mercerius* | de Phrygia *e coniectura adieci* | masius *LG scripsi* Asius | de *om. LG habet V* | caras *LG* caris *V*, Caria *uidetur correxisse Dederichus* 17 de helyconia eufemus *add. L post* Amphimachus | nesteus *L* Mnneus *G* Nastes *Mercerius* | licia *LG* | clausus *G* claucus *L* glaucus *F* | *post* Glaucus *add. G*: de eliconia eufenus 18 hippotus *G* hipotus *L* Hippothous *Mercerius* | ciconia *B* cixonia *LG* | remus *LG* 19 tracia *LG* | pirus *R* pirrus *B* pileus *L* phylemus *G* | alcamus *L* calcamus *G* Acamas *Mercerius* | phoenia *L* | pretemeseus tropheus *L* praetemesus teropeus *G* loemer et astropeus *F* Pyraechmes Asteropaeus *Dederichus*.

et *As*teropaeus, de Phrygia Ascanius et Phorcys, de Maeonia Antiphus et Mesthles, de Pa*ph*lagonia P*ylae*menes, de Aethiopia Perses et Memnon, de Thracia *R*hes*us* et Archi*lo*ch*us*, de *Ad*restia Adrastus et Amphius, de Alizonia Epistrophus *et Odius.* his ductoribus et exercitibus qui par*uerun*t praefecit Priamus principem et ductorem Hectorem, dein Deiphobum Alexandrum Troilum Aenean Memnonem. dum Agamemnon consulit de tota re, ex Cormo advenit Naupli filius Palamedes cum navibus XXX. ille excusavit se morbo adfectum Athenas venire non potuisse: quod venerit, cum primum potuerit, gratias agunt rogantque eum in consilio esse.

XIX. Deinde cum Argivis non constaret exeundum ad Troiam clam noctu an interdiu foret, Palamedes suadet et rationem reddit luce in Troiam esce*n*sionem fieri oportere et manum hostium deduci.

---

1 *post* Ascanius *L:* Xantypphus et merceres. Deboaetia sanius asamaus et porcius, *G*: xatippus et merceres: De boetia sanias asimaus et phortus, *deinde L et G*: de boetino epystropolis (epistropilis *G*) et boetius, *in quibus* Epistrophus et Odius, *qui infra appellantur*, *uidentur latere* 2 paflaconia *F* pafadonia *L* plafaconia *G* | philemoenis *L* phillemenis *G* de Paphlagonia Pylaemenes *Mercerius* 3 aethyopia *L* | menno *G* | tracia *G* thraccia *L* 4 heseus *LG* | archilogus *L* argilogus *G* Rhesus et Archilochus *Mercerius* | agrestia *LG* Adrestia *Mercerius* | adarastus *L* 5 ampius *L* | alizonia *LG* | Odius et *add. Dederichus, posui post* Epistrophus | aepistrophus *L* *Commemorantur praeterea ab Homero II* 816 *Hector,* 820 *Aeneas Archelochus Acamas e Dardania,* 858 *Chromis et Ennomus* 6 pararunt *L* pararent *G* paruerunt *Dederichus* 7 deinde *G* 9 consoluit (o *corr. in* u) *L* 10 palamedis *L* 11 aff. *G* | posse *GL* (*corr. in* potuisse) 12 quo *L* quo *G* | aduenerit *G* | potuerit *L* 13 rogant itaque *L* 14 Deinde — foret *om. G* | exeundi *L* exeundum *V* 15 interdiem fieret *L* 16 suadet racionem reddit *G* sua detractione r. *L* | luce *om. G* | ad tr. *L* de troia *G* | 17 excess. *LG*, *scripsi* escensionem.

itaque omnes ei adsentiunt. consulte Agamemnonem praeficiunt. legatos ad Mysiam ceterisque locis mittunt, ut exercitui commeatus subportandos curent, *T*hesidas Demop*hoontem et Acam*antem et Anium: deinde exercitum ad concionem convocat conlaudat imperat hortatur monet diligenter, ut dicto obaudientes sint. signo dato naves solvunt, tota classis ad latitudinem accedit ad Troiae litora. Troiani fortiter defendunt. Protesilaus in terram excursionem facit fugat caedit. cui Hector obviam venit et eum interfecit, ceteros perturbat. unde Hector recedebat, ibi Troiani fugabantur. postquam magna caedes utrimque facta est, advenit Achilles. is totum exercitum in fugam vertit, redegit in Troiam. nox proelium dirimit. Agamemnon exercitum totum in terram educit, castra facit. postera die Hector exercitum ex urbe educit et instruit. Agamemnon contra clamore magno occurrit. proelium acre iracundumque fit, fortissimus quisque in primis cadit. Hector Patroclum occidit et spoliare parat. Meriones eum ex acie, ne expoliaretur, eripuit. Hector Merionem persequitur et occidit. quem cum similiter spoliare vellet, advenit subpetias Menestheus, Hectori femur sauciat, saucius quoque multa milia occidit et perseverasset Achivos in fugam mit-

---

1 ei *om.* *G* | consulta *G* 2 ceterisque locis *libri praeter O, qui habet* ceterosque locos 3 exercitum ad *L* *fort.* ut exercitui in commeatu subportando succurrant | subportando *A* | succurrunt *A* curant *L* 4 hesidam *LG* Thesidas *Mercerius* | demorantem et anium *L* commorante et annum uertentes *G* Demophoontem Athamantem *Mercerius,* et Acamantem *Dederichus* 5 uocat *G* 6 essent *LG* sint *BF* 7 in] ad *M* | latitudine *G* 8 troiam *LG* troiae *M* troiana *A* | littora *LG* 14 redegit *F* rediit *LG* 15 totum *om.* *G* 16 exerc. ed. hector et *G* (*om.* ex urbe) 18 que *om.* *L* | quisquis *L* 19 et *om.* *L* 20 Quem merion *L* Mnereon *G* | spoliaretur *G* 22 similiter *om.* *G* | suppecias mnnesteus *G* 23 quoque] quod *L*.

tere, nisi obvius illi Aiax Telamonius fuisset. cum quo cum congrederetur, cognovit eum esse de sanguine suo, erat enim de Hesiona sorore Priami natus. quo pacto Hector a navibus ignem removeri iussit et utrique se invicem remuneraverunt, et amici discesserunt.

XX. Postera die Graiugenae indutias petunt. Achilles Patroclum plangit, Graiugenae suos. Agamemnon Protesilaum magnifico funere effert ceterosque sepeliendos curat. Achilles Patroclo ludos funebres facit. dum indutiae sunt, Palamedes non cessat seditionem facere: indignum regem Agamemnonem esse, qui exercitui imperaret. ipse coram exercitu multa sua studia ostendit: primum suam excursionem castrorum munitionem vigiliarum circuitionem signi dationem librarum ponderumque dimensionem exercitusque instructionem. haec cum a se orta essent, non aequum esse, cum a paucis imperium Agamemnoni datum sit, eum omnibus qui postea convenissent imperare, praesertim cum omnes ingenium virtutemque exspectassent in ducibus suis. dum Achivi de imperio inter se vicissim certant, proelium post biennium repetitum est. Agamemnon Achilles Diomedes Menelaus exercitum educunt. contra Hector Troilus Aeneas occurrunt. fit magna caedes, ex utraque parte fortissimi cadunt: Hector Boetem

---

1 aix telemonius *G* | uenisset *L* 2 cum *om.* *L* 3 natus priami *G* 4 iubet *G* 8 graiugenesque *G* 9 protelaum *G* 10 funebres ludos *G* 13 imperat *L* *tum* et indoctum *L* indocto *G* 14 excurionem *L* excussionem *G*, *scripsi* excursionem 15 castrorum] suam *L* 17 orta *LG* acta *Mercerius* 18 ut cum *LG* 19 dat. Ag. *L* | esset *LG* sit *M* | uenissent *G* 20 ingenio *L* | uirtutumque *G* 22 inuicem certantur *G* 25 occurrunt. Et magna cedes utrimque facta est fortissimi cadunt *G* 26 Boetem *G* beotem *L*.

Arc*e*silaum Prothoenorem occidit. nox proelium dirimit. Agamemnon noctu in consilium omnes duces convocat suadet hortatur, ut omnes in aciem prodeant et maxime Hectorem persequantur, quia de his aliquos duces fortissimos occidit.

XXI. Mane facto Hector Aeneas Alexander exercitum educunt. omnes duces Achivorum prodeunt. fit magna caedes. multa milia invicem Orco dimittuntur. Menelaus Alexandrum persequi coepit: quem respiciens Alexander sagitta Menelai femur transfigit. ille dolore commotus pariter cum Aiace Locro non cessant eum persequi. quos ut vidit Hector instanter fratrem suum persequi, subpetias cum Aenea ei venit. quem Aeneas clipeo protexit, et de proelio ad civitatem secum adduxit. nox proelium dirimit. Achilles postera die cum Diomede exercitum educit. contra Hector et Aeneas. fit magna caedes: Hector Orcomeneum *I*almen*u*m Epistrophum Schedium *E*le*p*henorem *Dio*re*n* Polyxenum duces occidit, Aeneas Amphimachum et Nireum, Achilles Euphemum Hippothoum P*y*la*e*um Astero*pae*um, Diomedes *A*ntip*h*um Mest*hl*en. Agamemnon ut vidit duces fortissimos cecidisse, pugnam revo-

---

1 archilocum *LG* arcisilaum *M*, *unde* Arcesilaum *restitui* | protenorem *LG* 2 Agamemnon — occidit *om. L* 7 duces *om. G* | Argiuorum *G* 8 inuicem *om. G* | Orco dimittuntur] morte dirimuntur *G* interimuntur *M* 12 cessat *G* 14 ei supp. cum enea superu. *G* 15 et secum *G* 18 orcomenen *LG* | palamonem *LG* Ialmenum *Dederichus* | epistrofum *LG* 19 scedium *LG* | cleo liel phenorem *L* helpinorem *G* | dorium *LG* | polix. *LG* 20 Eneam *G* | amphimacum *G* enphimachum *L* | nerium *M* metum *G* (*om. et*) moetum *L*, *in margine* et nereum 21 euphenum *G* eufemum *L* | hyppotum *G* hypotum *L* | phileum *G om. L* Pyleum *Mercerius* | asterium *L* astoreum *G* Asteropaeum *Dederichus* 22 xantippum *LG* Antiphum *Dederichus* | mesten *L* mnestorem *G* Mesthlem *Mercerius* 23 duces *om. G*, *sup. lin. add. L.*

cavit. laeti Troiani in castra revertuntur. Agamemnon sollicitus duces in consilium vocavit, hortatur, ut fortiter pugnarent neque desisterent, quoniam maior pars ex suis superata sit, sperare se exercitum ex Mysia cotidie superventurum. 5

XXII. Postera die Agamemnon totum exercitum et omnes duces in pugnam prodire coegit. contra Troiani. fit magna caedes, acriter ex utraque parte pugnatur, multa milia hinc et inde cadunt nec differebatur pugna, ita ut continuis LXXX diebus 10 animose pugnatum sit. Agamemnon ut vidit multa milia cotidie occidi neque sufficere mortuos sine intermissione funerari, misit legatos Ulixen et Diomedem ad Priamum, ut indutias in triennium peterent, ut suos funerarent, vulneratos curarent, naves 15 reficerent, exercitum compararent, commeatum conueherent. Ulixes et Diomedes noctu ad Priamum vadunt [legati]. occurrit illis ex Troianis Dolon. qui cum interrogaret, quid ita armati noctu ad oppidum venissent, dixerunt se ab Agamemnone lega- 20 tos ad Priamum missos. quos ut audivit Priamus venisse et desiderium suum exposuisse, in consilium omnes duces convocat, quibus refert legatos venisse ab Agamemnone, ut indutias in triennium peterent. Hectori suspectum videtur quod tam longum tempus 25

---

1 troiani leti *G* 2 in cons. d. conuocat *G* 3 ut *om. G* 5 cotid. ex. de moesia sup. *G* 6 die *sup. lin. add. L* 8 ex. u. p.] utrimque *G* 10 adeo ut *G* 11 animose *om. G* 12 cadere *G* 13 Ulixen et Diomedem *om. L* 14 in] ad *L* | peterent. Ulixes et diomedes ad Priamum veniunt. Inducias sicut inperatum est postulant ut *L* 15 funerare possent et curare et *G* 16 reficerent et *G* | repararent *G* | commeatusque *G* | conueherent (*superscr.* subueherent) *L* pararent *G* 18 leg. ad Pr. *G* legati *om. A non male* 19 interrogarentur *G* | quur *L* quid *G* 21 missos esse *G* 23 conuocauit q. r. l. ab ag. uenisse et i. in tr. petere *G* 25 quia *L* | tam *om. LG habet R.*

postulassent. Priamus dicere imperat, quid cuique videatur. omnibus placitum est indutias in triennium dare. interim Troiani moenia renovant, suos quisque saucios *curant*, mortuos cum ingenti honore sepeliunt.

XXIII. Tempus pugnae post triennium supervenit. Hector et Troilus exercitum educunt. Agamemnon Menelaus Achilles et Diomedes etiam ipsi exercitum educunt. fit magna caedes. Hector in prima acie Phidippum et Antiphum duces interficit, Achilles Lycaonem *et* Phor*cyn* occidit et ex cetera plebe multa milia ex utraque parte cadunt. acriter pugnatur diebus continuis XXX. Priamus ut vidit multos de suo exercitu cecidisse, mittit legatos ad Agamemnonem, ut indutias peterent mensibus VI et ex consilii sententia Agamemnon concedit indutias. tempus pugnae supervenit. acriter per duodecim dies pugnatur. multi duces fortissimi hinc et inde cadunt, plures vulnerantur, plurimi in curatione moriuntur. Agamemnon mittit ad Priamum legatos et triginta dierum indutias postulat, ut funerare mortuos suos possit. Priamus consulte fecit.

XXIV. At ubi tempus pugnae supervenit, Andromacha uxor Hectoris in somnis vidit Hectorem

---

1 cui q. *L* 2 uideretur *G* 3 dare] petere *G* | Interea m. tr. *G* | quisque *om. L* 4 saucios curant *om. G* curant *om. L, habent editt. uett.* | mortuos *om. LG, addidi ex R* 5 funerant *G* 6 pugnae *om. G* 7 *post* educunt *add. G* cum enea mennone. Contra 8 etiam ipsi ex. ed.] concurrunt *G* 10 duces interfecit ph. et antippum et merionem *G* philippum et antypphum *L* 11 lyconium *L* licaonem *G* | euforbum *G* euforbum *L* et euforbium *V* phorcium *F* Phorcyn *e coniectura scripsi* | cetera ex *G* 12 m. m. hominum *G* | p. a. c. d. *G* 14 multa milia hominum *G* 15 et *om. G* 16 ex *om. L* | ex consilio (*om.* sententia) *G* 17 per dies XII *G* 20 legatos] nuntium *G* 22 possint *G* | annuitque *add. editt. uett. post* fecit 23 Ut dies pugnae *G* 24 ne hector in p. procederet *G*.

non debere in pugnam procedere: et cum ad eum visum referret, Hector muliebria verba abicit. Andromacha maesta misit ad Priamum, ut ille prohiberet, ne ea die pugnaret. Priamus Alexandrum Helenum Troilum et Aenean in pugnam misit. Hector ut ista audivit, multa increpans Andromacham arma ut proferret poposcit nec retineri ullo modo potuit. maesta Andromacha summissis capillis Astyanactem filium protendens ante pedes Hectoris eum revocare non potuit. tunc planctu femineo oppidum concitat, ad Priamum in regiam currit, refert quae in somnis viderit velle Hectorem ueloci saltu in pugnam ire, proiectoque ad genua Astyanacte filio suo eum revocare mandat. Priamus omnes in pugnam prodire iussit, Hectorem retinuit. Agamemnon Achilles Diomedes Aiax Locrus ut viderunt Hectorem in pugna non esse, acriter pugnaverunt multosque duces de Troianorum numero occiderunt. Hector ut audivit tumultum Troianosque in bello saeve laborare, prosiluit in pugnam. statimque Idomeneum obtruncavit, *I*phi*no*um sauciavit, Leonteum occidit, Stheneli femur iaculo figit.

---

2 hector] haec *L* | abicit] dicit esse *G* 3 ille *M* illi *LG* illum *F* Hectorem *V* | prohibeat *LG* prohiberet *FV* 4 hel. alex. *G* 5 et *om. G.* | memnonem *add. G post* Aenean | in p. misit] arcessiri iubet. ut illi in p. prodirent *G* 6 agnouit multum *G* 7 ut arma proferet *G* | retinere *LG* retineri *M* 8 ulmodo *G* | maesta — potuit *om. L* | summissis capillis *om. V* 9 astianactem *G* 10 eum *om. G add. O* 11 oppidum] urbem *G* 12 refert quod *G* | uideret *L* uiderat et *G* | uelle in pugnam — omnes *om. G* 13 ienua *L* 14 adstantes *L* 15 in p. omnes *L* | prodire] reuocari *L* | retineri *G* 16 diomedes achilles *G* | locrius *L* 17 in pugna *om. G* | esse] prodire *G* 18 occiderunt] interfecerunt *G* 19 tumultum] ululatum *G* | troianosque *om. G* 20 seui *L* et seue *G* | troianos *add. G ante* laborare | pugna *L* 21 idumeneum *LG* | obtruncat — sauciat *G* | iphiclum *L* yphiclum *G* Iphinoum *Mercerius* 22 stenelei *G* steneleum *L* | ia. fe. *LG* f. i. *F* | quem *add. G post* figit.

Achilles ut respexit multos duces eius dextera cecidisse, animum in eum dirigebat, ut illi obvius fieret. considerabat enim Achilles nisi Hectorem occideret plures de Graecorum numero eius dextera perituros. proelium interea conliditur. Hector Polypoetem ducem fortissimum occidit dumque eum spoliare coepit, Achilles supervenit. fit pugna maior, clamor ab oppido et a toto exercitu surgit. Hector Achillis femur sauciavit. Achilles dolore accepto magis eum persequi coepit nec destitit, nisi eum occideret. quo interempto Troianos in fugam vertit et maxima caede laesos usque ad portas persequitur: cui tamen Memnon restitit. et inter se acriter pugnaverunt, laesi utrique discesserunt. nox proelium dirimit. Achilles saucius de bello rediit. noctu Troiani Hectorem lamentantur, Graiugenae suos.

XXV. Postera die Memnon Troianos educit contra Graecorum exercitum. Agamemnon exercitum consulit suadetque indutias duum mensium postulari, ut suos quisque sepelire possit. legati ad Priamum Troiam proficiscuntur, venientes desiderium prosecuti sunt, duum mensium indutias accipiunt.

XXV. Dictys Cretensis I 19

---

1 Quem ut resp. ach. *G* | multos duces eius dextera cecidisse] et tot ab eo duces interfectos *G* 2 illum dirigit *G* | fieret nec aliud in mente achillis est nisi ut hectorem conprehendat *G* 5 multa milia hominum interea trucidantur acre *add. G ante* proelium | interea *om. G* | poliboetem *G* poblibeten *L* 6 Et cum eum spoliare coepisset *G* 7 cupit *B* 8 ab] ex *G* | achilli *L* achilles *G* 9 sauciat *G* 10 desistit *G* 12 c. eos *G* | portam *G* | persequitur] fudit *G* | cui tamen] ciuitatem *L* 13 Memnon] non *G* | resistit et illi acriter inter se certauerunt lesi *G* 15 saucius *om. G* | redit *G* 16 Gr. suos *om. G* 17 educit *M* eduxit *LG* 19 consuluit *L* 20 unusquisque *L* | posset *G* | priamum *addidi ex M.*

Priamus Hectorem suorum more ante portas sepelivit ludosque funebres fecit. dum indutiae sunt, Palamedes iterum non cessat de imperio conqueri. itaque Agamemnon seditioni cessit et dixit se de ea re libenter laturum, ut quem vellent imperatorem praeficerent. postera die populum ad concionem vocat, negat se umquam cupidum imperii fuisse, animo aequo se accipere, si cui vellent dare: se libenter cedere: satis sibi esse, dum hostes ulciscantur et parvi facere cuius id opera fiat. se tamen regnum Mycenis habere, iubet dicere, si cui quid placeat. Palamedes prodit, suum ingenium ostendit. itaque Argivi libenter ei imperium tradunt. Palamedes Argivis agit gratias, imperium accipit administrat. Achilles vituperat imperii commutationem.

XXVI. Interea indutiae exeunt. Palamedes ornatum paratumque exercitum educit instruit hortatur: contra Deiphobus. pugnatur acriter a Troianis. Sarpedon Lycius cum suis inpressionem in Argivos facit caedit prosternit. obvius ei fit Tlepolemus Rhodius, sed diu stando pugnandoque male vulneratus

---

1 ante portam suo more magnifice sepeliuit *G* 2 cui f. l. facit *G* | fecit *H* facit *rell.* 3 conq. de imp. *G* conquiri *LG* conqueri *FV* 4 cedicioni *G* | de eam rem *L* 5 imp. praef.] imperaret *L* 7 negatque *G* 8 *fort. scribendum* si cui alii | se libenter cedere *F, om. L* (*habet:* sufficere sibi exercitum Troiae) ac se libenter accipere *G* 9 Satis sibi esse dum hostes ulciscantur et paruit facere cuius id opere fiat *G om. L* 10 opera *FV* ope *Mercerius* | sed t. *L* 11 mic. regn. *G* | quid *om. G* 12 placet *G* | sua ingenia *L* | et ostendit *LG* et *om. M* 13 achiui ut argiui *G* | libenter *om. G* | trad. ei imp. *G* 14 gr. ag. *G* | amministrat *G* 16 Interea *om. L* 17 ornatum paratumque] ornatur *L* | educit *om. L* educat *G* 18 idem fecit *add. G post* contra | deyphobum *L* 19 lucius *L* litius *G* 20 multos *add. G post* prosternit | ei obuius fuit *G* | lepolemus *L* neopt ne optolemus *G* | rodius *LG* triptolemus r. *A* 21 ac pugnando *G*.

cadit. succedit Pheres Admeti filius proelium restituit diuque cum Sarpedone comminus pugnando occiditur. Sarpedon quoque vulneratus de proelio recedit. itaque per aliquot dies proelia fiunt, ex utraque parte multi ductores occiduntur sed plures a Priamo. Troiani mittunt legatos, indutias postulant, ut mortuos sepeliant, saucios curent. Palamedes indutias facit in annum, mortuos utrique sepeliunt, saucios curant. fide data ultro citroque in oppidum et castra Argivorum commeant. Palamedes Agamemnonem legatum mittit ad Thesidas Acamantem et Demo*phoo*ntem, quos legatos Agamemnon praefecerat, ut commeatus compararent et frumentum de Mysia a Telepho acceptum subpor*tar*ent. ut eo venit, seditionem Palamedis narrat. illi moleste ferunt, Agamemnon ait se moleste non ferre, sua voluntate esse factum. interea naves onerandas curat Palamedes, castra munit, turribusque circumdat. Troiani exercitum exercent, murum diligenter instaurant, fossam et vallum addunt, cetera diligenter conparant.

XXVII. Postquam anni dies venit, quo Hector sepultus est, Priamus et Hecuba et Polyxena ceteri-

---

1 cecidit *G* | perseus *F* feres *L* | adasmeste *L* admeste *G* Admeti *Peiper* 2 dumque *G* 3 Sarp. male mulctatus *G* 4 rediit *G* | aliquod *G* | ex utr. p.] utrique *G* 5 ductores et multi *G* 6 legatos ut *L* | ind. post.] ut inducias faciant *G* 7 ut—annum *om. L* ut *om. G* 8 mortuos utrique] suosque *G* 9 fide magna ultra *G* 10 in *add.* L^2 | argiuum *L* | commeunt *G* 11 tesidas *L* 12 et achamantem *G* agamemnonem *L* | demofontem *LG* | legatus *G* 13 compararetur *LG* *nostrum R* 14 subportent *LG*, *nostrum Mercerius* 15 ut eo uenerunt *G* hii ubi ueniunt *L* ut eo uenit *F* | narrant *LG* narrat *B* 16 ille m. fert *LG*, *nostrum F* 17 suaque u. id f. e. *G* interea *om. L* | Pal. n. comparandas curat *G* | onerandas *M* honorandas *L* 19 querunt troiani quare exercitum exerceant quur murum *L* 20 sarciunt *G* | fossas *G* 22 quo *sup.* et *L* 23 heccuba *G* aecuba *L* | ceterique] et alii *G*.

que Troiani ad Hectoris sepulchrum profecti sunt. quibus obvius fit Achilles: Polyxenam contemplatur, figit animum, amare vehementer eam coepit. tunc ardore conpulsus odiosam in amore vitam consumit et aegre ferebat ademptum imperium Agamemnoni sibique Palamedem praepositum. cogente amore Phrygio servo fidelissimo mandata dat ferenda ad Hecubam et ab ea sibi uxorem Polyxenam poscit: si dederit, se cum suis Myrmidonibus domum rediturum, quod cum ipse fecerit, ceteros porro ductores idem facturos. servus proficiscitur ad Hecubam convenit mandata dicit. Hecuba respondit velle se, si Priamo placeat viro suo: dum ipsa cum Priamo agat, servum reverti iubet. servus Achilli quid egerit nuntiat. Agamemnon cum magno comitatu ad castra revertitur. Hecuba cum Priamo de condicione Achillis conloquitur. Priamus respondet fieri non posse, non ideo, quod eum indignum adfinitate existimet, sed si ei dederit et ipse discesserit ceteros non discessuros et iniquum esse filiam suam hosti coniungere. quapropter si id fieri velit, pax perpetua fiat, et exercitus discedat, foedus iure sanciatur: si id factum sit, se illi filiam libenter daturum.

---

1 ad sep. eius *G* 2 fuit *libri*, fit *Mercerius* 3 am. eam ueh. *G* | tum a. inpulsus *G* 4 odiosam *LG* otiosam *B* | uitam in amore *G* consumere coepit *G* 5 egre *G* | imperium *om. G* 6 cogentem *L* | amore *om. L* 7 fidelissimo *om. L* | mandata dat ferenda *G* mandat dicendum *L* 9 si dederit] hoc si fiat fidere *G* | mirmidonibus *LG* | redditurum *L* habiturum *G* 10 ipse *om. G* | porro *om. G* 11 futuros *L* | uenit *L* cum aenit *B* 12 dixit *L* | se sed si *L* 13 uiro s. pl. *G* 14 seruus — nuntiat] Phiux *L* 16 de cond. ach. c. pr. *G* 17 respondit *L* rex *G* *nos* respondet 18 ideo *om. L* | ind. eum aff. existimet *G* eum ind. t. adf. extremum aestimet *L* 20 hospiti *L* 21 uellet *libri*, *nos* velit 22 fieret *L* fiat et *G* | foederis iura *G* | sanctiantur *G*.

itaque Achilles ut constitutum erat servum ad Hecubam mittit, ut sciat quid cum Priamo egerit. Hecuba omnia quae cum Priamo egerat mandat servo. *is* Achilli refert. Achilles queritur in vulg*us*, unius mulieris Helenae causa totam Graeciam et Europam *con*vocatam esse, tanto tempore tot milia hominum perisse, libertatem in ancipiti esse, unde oportere pacem fieri, exercitum reducere.

XXVIII. Annus circumactus est. Palamedes exercitum educit instruit, Deiphobus contra. Achilles iratus in proelium non prodit. Palamedes occasionem nactus inpressionem in Deiphobum facit eumque obtruncat. proelium acre insurgit, acriter ab utrisque pugnatur, multa milia hominum cadunt. Palamedes in prima acie versatur hortaturque, proelium ut fortiter gerant. contra eum Sarpedon Lycius occurrit eumque Palamedes interficit. eo facto laetus in acie versatur. cui exultanti et glorianti Alexander Paris sagitta collum transfigit. Phryges animadvertunt, tela coniciunt atque ita Palamedes occiditur. Rege occiso cuncti hostes inpressionem faciunt

---

1 itaque cum seruus ab achille ad heccubam missus esset eadem hecuba quae priamo egerat seruo dicit *G* *nostrum L sed ultima ita:* haecuba omnia priamo narrat mandat a seruo 3 quae cum priamo egerat *F* | seruus *G* his *L* *scripsi* is 4 nuncian *G* | in uulgo *L* in uulgos *G*, *scripsi* in vulgus 6 uocatam *L* aduocatam *G* *nos* conuocatam | 7 tanta pericula adiri *add. G* *post* perisse | in ancipiti] mancipatam *L* | unde oportere *om. G* *habet* p. f. debere 8 exercitus recedere oportere *G* 10 ducit *L* 11 occasione ductus *L* 12 et eum *G* 13 proelium acre insurgit *om. G* | acriter *om. L* 14 pugnatur] fugantur *L* 15 in *om. G* | uersatus hortatusque agant *L* 16 licius *sup. lin. L* lictius *G* 17 succurrit *L* | interfecit *G* 19 traicit *G* | frigis *G* | animaduertunt] animum *G* 20 tela] illi *G* 21 h. c. inpr. f. *F* | hostes *om. L*.

Argivi cedunt, in castra confugiunt: Troiani persecuntur, castra obpugnant, naves incendunt. Achilli nuntiatum est, dissimulat. Aiax Telamonius fortiter defendit. nox proelium dirimit. Argivi in castris Palamedis scientiam aequitatem clementiam bonitatem lamentantur. Troiani Sarpedonem et Deiphobum deflent.

XXIX. Nestor qui maior natu erat noctu ductores in consilium vocat suadet hortatur, ut imperatorem praeficiant et si eis videatur eundem Agamemnonem minima cum discordia fieri posse. Item commemorat, dum ille imperator fuit, res prospere cessisse, felicem fuisse exercitum: si cui quid aliud videatur dicere suadet. omnes adsentiunt, Agamemnonem summum imperatorem praeficiunt. postera die Troiani alacres in aciem prodeunt. Agamemnon exercitum contra educit. proelio commisso uterque exercitus inter se pugnat. postquam maior pars diei transiit, prodit in primo Troilus, caedit devastat, Argivos in castra fugat. postera die exercitum Troiani educunt: contra Agamemnon. fit maxima caedes, uterque exercitus inter se pugnat acriter. multos duces Argivorum Troilus interficit. pugnatur continuis diebus VII. Agamemnon indutias petit in duos menses. Palameden magnifico funere effert ceterosque duces ac milites utrique sepeliendos curant.

---

1 Argivi cedunt *transposui, in libris est post* occiso | turpiter Argiui terga uertunt *add. G ante* in castra | persequ. *G* 2 oppug. *G* 3 nuntiatur *G* | fortissime *G* 5 bon. clem. *G* 6 deiph. et sarp. *G* 8 nocte *L* 12 his *F* isdem *G* ille *L* | esset *L* | res *om. G* 13 gestum esse satis *G* satis *L quod corruptum esse puto ex* cessisse | aliud quid uidetur *G* 14 assenciunt *G* 16 alacres] laeti ex oppido *G* 18 pugnatur *L* fugatur *G*, *nos* pugnat 19 prodiit *G* | in primo *scil. agmine libri, ut infra* p. 39, 1, in primis *edit. Venet.* | cedit *G* 20 tr. exerc. *G* 21 magna cedes *G* 22 pugnant *G* | acriter] pr. acre fit *G* 23 interfecit L^1G interficit *L* 26 utique s. curat *G*.

XXX. Agamemnon dum indutiae sunt mittit ad Achillem Ulixen Nestorem et Diomeden, ut rogent eum in bellum prodire. abnegat Achilles maestus, quod iam destinaverat in bellum non pro-
5 dire ob id quod promiserat Hecŭbae, aut certe se minus pugnaturum eo quod Polyxenam valde amabat: coepit male eos accipere qui ad eum venerant, dicens debere perpetuam pacem fièri, tanta pericula unius mulieris causa fieri, libertatem periclitari, tanto
10 tempore desidere: pacem expostulat, pugnare negat. Agamemnoni renuntiatur quid cum Achille actum sit, illum pertinaciter negare. Agamemnon omnes duces in consilium vocat, exercitum quid fieri debeat consulit, imperat dicere quid cuique videatur. Mene-
15 laus hortari coepit fratrem suum, ut exercitum in pugnam produceret, nec debere terreri, si Achilles se excusaverit, se tamen persuasurum ei, ut in bellum prodeat, nec vereri, si noluerit. commemorare coepit Troianos non habere alium virum tam fortem sicut
20 Hector fuit. Diomedes et Ulixes dicere coeperunt Troilum non minus quam Hectorem virum fortissimum esse. Diomedi et Ulixi Menelaus resistens bellum geri suadebat. Calchas ex augurio respondit debere pugnare nec vereri quod modo superiores
25 Troiani *fuerint*.

---

1 fiunt *libri*, sunt *Mercerius* 2 nest. ul. diom. *G* 3 rogarent *G* | prod. in b. *G* | abnegat *om. L* 5 quod] quia *G* | se *om. L* 7 eos male *G* | ad se *G* 8 dicens *om. L* | perp. p. d. f. *G* | pacem — desidere *om. L* 10 pugnae renuntiat *G* 11 cum] ab *L* 13 consilium *sup. lin. add. L* | conuocat *G* | cons. quid f. d. *G* | debet *L* 14 quid cui *G* 15 ut pocius exercitus in p. prodeant *G* 17 sed tamen pers. se ut *L* | prod. in b. *G* 18 uerere *L* 19 alium *om. G* | tam *om. L* 20 et *om. G* 22 Diomedes et ulyxes menelao resistentes bellum geri prohibebant *G* 24 nec vereri *om. L* | quod — fuerint *Mercerius*. quod superiora troiani faciunt *L* dummodo fiant tr. superiores *G*.

XXXI. Tempus pugnae supervenit. Agamemnon Menelaus Diomedes Aiax exercitum educunt. contra Troiani. fit magna caedes, pugnatur acriter, uterque exercitus inter se saeviunt. Troilus Menelaum sauciat, multos interficit, ceteros paulatim persequitur. nox proelium dirimit. postera die Troilus cum Alexandro exercitum educit, contra omnes Argivi prodeunt, acriter pugnatur. Troilus Diomeden sauciat, in Agamemnonem inpressionem facit nec non et ipsum sauciat, Argivos caedit. per aliquot dies pugnatur acriter, multa milia hominum ex utraque parte trucidantur. Agamemnon ut vidit maiorem partem exercitus se cotidie amittere nec sufficere posse, petit indutias in sex menses. Priamus consilium cogit, indicat Argivorum desideria. Troilus negat debere dari tam longo tempore indutias, sed potius inpressionem fieri, naves incendi. Priamus quid cuique videatur dicere imperat. omnibus placitum est debere fieri quod Argivi petunt. Priamus itaque in sex menses indutias dedit. Agamemnon honorifice suos sepeliendos curat, Diomeden Menelaum sauciatos curat. Troiani suos aeque sepeliunt. dum indutiae sunt, ex consilii sententia Agamemnon ad Achillem proficiscitur, ut eum ad pugnam pro*vocar*et. Achilles tristis negare coepit se proditurum, sed pacem peti

---

2 aiax diomedes *G* 3 troianos *L* | utrique *G* 4 intra L^1 5 cet. paul. pers.] argiuos in castra fugat *G* 6 et alex. exerc. educunt *G* 7 arg. omnes *G* 8 acr. utrimque *G* 9 et *B* etiam *LG* 10 cedit *G* | aliquod *G* 13 exerc. cott. am. se *G* | neque *G* 14 mittit inducias petere in sex *G* 15 Troiani negant *LG* troilus negat *R* 18 dicere imperat q. cui uid. *G* 19 itaque *om. G* 20 in sex menses *om. L* | dedit] facit *G* | suos honor. *G* 21 saucios *G* 22 dum] he dum *G* 23 ag. ex consilio sententiae *G* 24 cum nestore *add. G ante* proficiscitur | ut rogaret eum ut in bello prodeat *G* ut eum persuaderet *L* ad pugnam *addidi ex M*, prouocaret *e coniectura scripsi* 25 negare] rogare *L* | non *add. L post* se.

oportere, conqueri coepit, quod Agamemnoni nihil negare possit: tamen cum tempus pugnae supervenisset, se milites suos missurum, ipsum excusatum haberet. Agamemnon ei gratias egit.

XXXII. Tempus pugnae supervenit. Troiani exercitum educunt. contra Argivi prodeunt. Achilles primo Myrmidones instruit, ad Agamemnonem paratos mittit. fit pugna maior, acriter saevitur. Troilus in prima acie Argivos caedit, Myrmidones fugat, inpressionem usque in castra facit, multos occidit, plurimos sauciat. Aiax Telamonius obstitit. Troiani victores in oppidum revertuntur. postera die Agamemnon exercitum educit, omnes duces et Myrmidones prodeunt: contra Troiani in aciem laeti exeunt. proelio commisso uterque exercitus inter se dimicat, acriter per aliquot dies pugnatur, multa milia hominum ex utraque parte cadunt. Troilus Myrmidones persequitur sternit fugat. Agamemnon ut vidit ex sua parte multos occisos, indutias in dies triginta petit, ut suos funerare possit. Priamus indutias dedit. suos quisque sepeliendos curat.

XXXIII. Tempus pugnae supervenit. Troiani exercitum educunt. contra Agamemnon omnes duces in pugnam cogit. proelio commisso fit magna caedes, acriter saevitur. postquam primum diei tempus

---

1 coepit] se quidem *G* 2 possit et *G* possit coepit *L* 4 eo quod proposuisset a pugna abstinere *add. G post* haberet 6 producunt *G* 7 primo *om. G* | mirmidonas *G hic et saepius* 8 insequitur *L* seuitur *G* 9 cedit *G* u 10 usque ad *G* 12 oppidum] castra *G* 14 prodeant e contra *G* | troilum *add. L post* contra | l. in a. *G* 15 dimicant *G* 16 dies aliquod *G* 18 ex suis partibus multos *L* plures ex sua parte *G* 20 petit in diebus *G* | suos *add. L sup. lin.* | funeraret (*om.* possit) *G* 21 facit *G* | suos quisque] suosque *L* 23 omnes *om. G* 24 fit *om. L* 25 seuitur *G* insequuntur *L* | postquam — transiit *om. L* | tempus diei superuenit *G*.

transiit, prodit in primo Troilus caedit prosternit: Argivi fugam cum clamore fecerunt. Achilles ut animadvertit Troilum iracunde saevire et Argivis insultare simulque sine intermissione Myrmidones prosternere, procedit in bellum. quem Troilus continuo excipit et sauciat. Achilles de proelio saucius redit. pugnatur continuis diebus sex. die septimo dum utrique exercitus proelio facto inter se pugnant, Achilles, qui aliquot dies vexatus in pugnam non prodierat, Myrmidones instruit: alloquitur hortatur, ut fortiter inpressionem in Troilum faciant. postquam maior pars diei transiit, prodit Troilus ex equo laetus. Argivi maximo clamore fugam faciunt, Myrmidones supervenerunt, inpressionem in Troilum faciunt, de quorum numero multi a Troilo occiduntur: dum acriter proeliantur, equus vulneratus corruit, Troilum inplicitum excutit. Eum cito Achilles adveniens occidit, ex proelio trahere coepit, quod Achilles interventu Memnonis complere non potuit. adveniens enim Memnon et Troili corpus eripuit et Achillem vulnere sauciavit. Achilles de proelio saucius rediit. Memnon insequi eum cum multis coepit, quem

---

1 prodiit *L* | in primo *libri, vulgo* in proelio | cedit deuastat prosternit *G* 2 A. cum uidit *G* 3 iracunde saevire] ita deseuire *G* | ins. arg. *G* 4 simulque s. interm. *om. G* 5 prosternere] ab eo occidi argiuos laborare *G* | procedit] prosiluit cum clamore *G* | eum cont. tr. *G* 6 excepit *G* 7 rediit *L* | cont. VII diebus *G* 8 u. exercitus inter se proelio commisso fugarentur *G* | fugantur *L* pugnant *B* 9 qui *om. G* | aliquod *L* | diebus quia uexatus fuerat *G* 10 hort. all. *libri, transposui* 11 ut *om. L* | obpr. *L* | faciunt *L* facerent *G* 12 maior *om. L* | transit *G* 13 f. dum f. *G* 14 mirmidonas his suppecias uenerunt exercitum retinuerunt inpr. *G* 15 de — occiduntur] ille multos occidit *G* 16 proeliatur *G* | aequus *L* 17 ueniens *L* 18 ipso *add. L post* ex | quod — potuit] et subtraxisset nisi memnon superuenisset suppetias *G* 20 et a*dd. L post* Memnon 21 sauciat *G* | sautius *G* 22 redit *G* | memnon insequitur eum et cum multis inpressionem facit.

Achilles ut respexit, substitit: curato vulnere et aliquamdiu proeliatus Memnonem multis plagis occidit et ipse vulneratus ab eo ex proelio recessit. postquam Persarum ductor occisus est, reliqui in oppi-
5 dum confugerunt, portas clauserunt. nox proelium dirimit. postera die a Priamo legati ad Agamemnonem missi sunt qui dierum XX indutias peterent, quod continuo Agamemnon concedit. Priamus igitur Troilum Memnonemque magnifico funere effert: ceteros-
10 que milites utrique sepeliendos curant.

XXXIV. Hecuba maesta, quod duo filii eius fortissimi Hector et Troilus ab Achille interfecti essent, consilium muliebre temerarium iniit ad ulciscendum dolorem. Alexandrum filium arcessit orat
15 hortatur, ut se et fratres suos vindicaret, insidias Achilli faceret et eum nec opinantem occidat, quoniam ad se miserit et rogaverit, ut sibi Polyxenam daret in matrimonium: se ad eum missuram Priami verbis, pacem inter se foedusque firment constituant
20 in fano Apollinis Thymbraei, quod est ante portam: eo Achillem venturum, conlocuturum ibique se *illi*

Ut respexit eum Ach. uiditque eum instare et laetari restitit curatamque post uulnere aliquamdiu proeliatus est *G* 3 ab eo bis ex *G* | rediit *G* 4 dux persarum *G* | pergamenorum exerc. fusus est *add. G post* est 5 fugerunt *G* | portas clauserunt *om. L* | pr. n. dir. *L* 6 clausis portis *add. L post* dirimit 7 ut ind. facerent. ag. ex consilio sententiae in dies XXX inducias facit *G* 8 igitur *om. G* 9 que *om. G* | magn. effert honore funeris *G* 10 uterque *G* 13 muliebre et *G* | iniit *om. G* | ad d. suum ulc. *G* 14 dolore *L* | arcescit *L* 15 fratres *om. G* | uindicaret] ulcisceretur *G* 16 facerent *G* 17 miserat et rogauerat L^1 *corr. a prima manu* | polixena in matrimonium daretur *G* 18 se ad] sed *G* | eam *G* 19 firment] facerent *G* | Constituunt *G* 20 fanum *L* | tyberii *G* 21 eo] et *G* | conloquuturum *L* collocaturum *G* | ibise sibi ins. collocare *L* sibi ins. ei collocari *G*, *nostrum e coniectura.*

insidias collocare, satis sibi vic*t*um esse, si eum occideret. quod temptaturum se Alexander promisit. noctu de exercitu eliguntur fortissimi et in fano Apollinis collocantur, signum accipiunt. Hecuba ad Achillem, sicuti condixerat, nuntium mittit. Achilles laetus Polyxenam amans postera die ad fanum se venturum constituit. interea Achilles sequenti die cum Antilocho Nestoris filio ad constitutum veniunt simulque fanum Apollinis ingrediuntur, undique ex insidiis occurrunt, tela coniciunt: Paris hortatur. Achilles cum Antilocho brachio sinistro chlamyde involuto enses dextra tenentes impetum faciunt. exinde Achilles multos occidit. Alexander Antilochum interimit ipsumque Achillem multis plagis confodit. ita Achilles animam ex insidiis nequiquam fortiter faciens amisit. quem Alexander feris et volucribus proici iubet. hoc ne faciat Helenus rogat, tunc eos de fano eici iubet et suis tradi: quorum corpora accepta Argivi in castra ferunt. Agamemnon eos magnifico funere effert Achillique sepulchrum

---

1 satis sibi uisum esse *L* satis esse suae uitae *G* victum *e coniectura scripsi* 2 occideret et *L* occidisset *G* | quod—promisit] quia temerarius erat alexander cito promisit se facturum *G* 3 eliguntur] ducuntur *G* | fanum *L* 5 sicuti — nuntium] priami uerbis qui ea quae de sponsalibus facienda sunt dicat *G* 6 laetus *om. G* 7 consequenti *L* 8 antiloquo *G* antiloco *L, etiam infra* | uenit *G* 9 simul intro in f. *G* | intrat *G* 10 occurrunt — coniciunt *om. L*, 11 chlamide *G* clamide *L* 12 enses: faciunt *in marg.* dextera tenentem impetum *L quem fere sequor*, dextra enses tenentes f. imp. *G* 13 exinde *om. G* 14 interimit *B* interemit *L om. G* | ipsumque] et *G* 15 confodiuit *L* | Achilles *om. L* | nequaquam *G* necquicquam *L* 16 pauens *L in marg.* faciens | ammisit *L* | feris] auferri *G* 17 rogat] multa commemorans prohibet *G* 18 tunc — iubet *om. L* | quorum — Argiui] achillem antilocum sui *G* 20 eos] achillem *G* | achillisque sepulchrum *L* et ut sepulcrum ei *G*.

ut faciat a Priamo indutias petit ibique ludos funebres facit.

XXXV. Deinde consilium convocat, Argivos alloquitur. placet omnibus, ut ea quae Achillis essent Aiaci propinquo eius commendarentur atque ita Aiax ait: cum filius Neoptolemus ei supersit, neminem aequius super Myrmidones principatum habere quam eum, oportere eum ad pugnam accersiri eique universa quae patris erant restitui. consilium idem placuit Agamemnoni et omnibus, datur negotium Menelao. hic Scyrum proficiscitur ad Lycomedem avum eius, imperat, ut nepotem suum mittat. quod Argivis Lycomedes libenter concedit. postquam indutiae exierunt, Agamemnon exercitum educit instruit hortatur. contra Troiani ex urbe prodeunt. proelium committitur, in prima acie Aiax nudus versatur. clamore magno orto multi ex utroque exercitu pereunt. Alexander arcum tetendit, multos interfecit, Aiacis latus nudum figit. Aiax saucius Alexandrum persequitur, nec destitit, nisi eum occideret. Aiax fessus vulnere in castra refertur, sagitta

---

1 indutias *om.* *G* | fun. lud. *G* | fecit *L* 3 ad consilium *G* 4 placet omnibus *om.* *L* | ea quae — Aiax] quid faciendo opus sit dii consulantur a quibus responsum accipiunt per achillis progenie finem negocio dari. Cum haec nuntii retulissent agamemnon 5 commendarent *L* 6 cum achilli f. *G* (*om.* ei) | neobtolemus *L* 7 sup. Myrm. princ. *om.* *L* 8 habere] gerere *G* | quam eum *om.* *G* | eum *om.* *L* | arcersiri *L* | quam — placuit] eumque arcersiri ad exercitum oportere ut parentem suum ulciscatur tandemque rei terminus detur. Placet *G* (*om.* placuit) 10 Agamemnoni et omnibus *om.* *L* | dat *L* 11 hic scirum *G* his circum *L* | licomeden *G* 17 horto *G* | ex *om.* *G* | utraque parte perierunt fessi acriter pugnando *G* 18 tendit *G* 19 interficit] occidit *G* | aiaci *G* | al. per hostes acriter persequi coepit *G* 20 eum *om.* *G* occideret] prosterneret *G*.

exempta moritur. Alexandri corpus ad urbem refertur. Diomedes virili animo in hostes inpressionem facit. Phryges fessi in urbem confugiunt, quos Diomedes usque in urbem persequitur. Agamemnon exercitum circa oppidum ducit et tota nocte circa murum obsedit, curat, ut alterna vice vigilias agant. postera die Priamus Alexandrum in oppido sepelit, quem magno ululatu Helena prosecuta est, quoniam ab eo honorifice tractata est. quam Priamus et Hecuba ut filiam aspexerunt et diligenter curaverunt, quod numquam Troianos despexisset Argivosque non desiderasset.

XXXVI. Postera die Agamemnon coepit exercitum ante portas instruere et Dardanos ad proelium provocare. Priamus subsistere, urbem munire et quiescere, usque dum Penthesilea cum Amazonibus superveniret. Penthesilea postea supervenit, exercitum contra Agamemnonem educit. fit proelium ingens, per aliquot dies pugnatur. Argivi fugantur in castra, obprimuntur. cui vix Diomedes obsistit, alioquin naves incendisset et Argivorum universum exercitum devastasset. proelio dirempto Agamemnon se in castris continuit. Penthesilea vero cotidie prodit

---

1 continuo *add. G ante* moritur 2 alexandro occiso *add. G post* refertur | magno an. inpr. in h. f. *G* 3 in urbem ad portas confugiunt *L* auertuntur conf. in urbem portas obserant *G* 6 persedit *L* obsedit et *G* | alternis uicibus diligenter *G* 7 in oppido *om. L* 8 magno ululatu] uulneratum *L* | quoniam — est *om. B* 9 hon. satis pertractata sit *G* | filium *G* os 11 desp. troiam *G* troiam disp. *L* 14 portam *G* | ad] in *G* | in bellum proritare *V* 15 silescere *L* quiescere coepit *G* 16 auxilio *add. G post* Amazonibus 17 postea pentesilea *G* postquam pent. *V* 18 agamemnon *G* 19 dies diu *G* | fugantur *om. G* | intra c. *G* 20 diomedis obstitit *G* | castra uastasset *add. G post* alioquin 21 et *om. G* 22 direpto *LG* | se] suos *G* 23 castra *L* | retinet. Interim pentes. prod. cott. deu. arg. in *G*.

Argivos devastat et in bellum provocat. Agamemnon ex consilio castra munit tueturque et in bellum non prodit, usque dum Menelaus veniat. Menelaus ad Scyrum venit, arma Achillis Neoptolemo filio eius tradit, quae cum sumpsisset, *venit et in* Argivorum castris vehementer circa patris tumulum lamentatus est. Penthesilea ex consuetudine aciem instruit et usque ad Argivorum castra prodit. Neoptolemus Myrmidonum princeps contra aciem ducit, Agamemnon exercitum instruit. pariter ambo concurrunt. Neoptolemus stragem facit. occurrit Penthesilea et fortiter in proelio versatur, utrique per aliquot dies acriter pugnaverunt, multos*que* occiderunt. Penthesilea Neoptolemum sauciat: ille dolore accepto Amazonidum ductricem Penthesileam obtruncat. eo facto totum exercitum Troianorum in fugam convertit, in urbem victi refugiunt, Argivi cum exercitu murum circumdant, ut foras Troiani exire non possent.

XXXVII. Hoc postquam Troiani viderunt, Antenor Polydamas Aeneas ad Priamum veniunt, agunt cum eo, ut consilium *convocet* et deliberet quid de fortunis *suis* futurum sit. Priamus consilium con-

---

3 ueniat menelaus *G* | Menelaus — vehementer] cum neoptolemo. Neoptolemus ut aduenit arma patris sui accepit. Lamentatur *G* 4 ad scirum *L* 5 venit et in *addidi* 7 lamentatus est *om. G add.* clamore magno | aciem] proelium *L* 8 et *om. G add* producit | ad *om. L* | castra arg. *G* prod. neopt. princ. mirmidonas contra educit *G* (*om.* aciem) 10 construit *L* | pariter *libri*, acriter *edit. Venet.* 1499 | ambo concurrunt *om. L* 11 fecit *L* | pentes. occ. fort. comminus stetit *G* 12 utrique] diu et *G* 13 acriter] ambo *G* | multosque utrique *A* multos utrique *LG*, *nostrum e coniectura* 15 Amazonum *G* | occidit ut obtruncat *G* 16 in fugam conuertit in urbem uicti uix refugiunt *G* in urbem conicit in urbem uix refugit *M* in urbem conicit uix refugit *L* 18 possint *L* 20 uenerunt *G* 21 querant et *L* quaerit *M* cogat *G*, *scripsi* convocet et | de fort. q. f. sit deliberet *G* | suis *add. Mercerius.*

vocat. qui postulaverunt sibi loquendi facultatem dari, iubet eis dicere, quid desiderent. Antenor memorat principes defensores Troiae Hectorem ceterosque natos eius cum advenis ductoribus interfectos esse, Argivis remanere fortissimos Agamemnonem Menelaum Neoptolemum non minus fortem quam pater eius fuit, Diomeden Aiacem Locrum ceterosque conplures summaeque prudentiae Nestorem Ulixen, contra Troianos clausos et metu contritos esse. suadet potius esse, ut Helena his reddatur et ea quae Alexander cum sociis abstulerat et pax fiat. postquam multis verbis de pace concilianda *eg*erunt, surgit Amphimachus filius Priami adulescens fortissimus, malis verbis Antenorem adortus est et eos qui consenserant, increpare facta eorum, suadere potius educendum exercitum, inruptionem in castra faciendam, usque dum vincant aut victi pro patria occumbant. postquam is finem fecit, Aeneas exurgit, lenibus mitibusque dictis Amphimacho repugnat, ab Argivis pacem petendam magnopere suadet: Polydamas eadem suadet.

XXXVIII. Postquam dicendi finis factus est,

---

1 quid *L* | sibi l. f. dari *F* l. f. d. *G om. L* 2 eos *G* | commemorat *G* 3 defensoresque *LG* | Troiae Hectorem ceteros *om. L* | et natos *L* 4 esse *om. L* 5 remanere] restare *G* 6 fortissimum *L* | fuisset *G* 7 locrium *L* | quam plures *G* 9 et *L in marg.* metu, metuque *G* | suadere posse potius *G* (*om.* esse) 10 his et quae al. abstulit reddantur et *G* 11 tulerat *L* 12 multa uerba *G* | fecerunt *G unde scripsi* egerunt, satisfecerunt *L* 13 archimacus *L* | adoliscens *L* 14 malis (multis) *L* | adorsus est ant. *G* | ethos (e) qui (una) *L* et eos qui una consenserunt *G* 15 increpare eis *LG* | coepit *uulgo additur post* eorum | eorum et *G* 16 seducendum *L* 18 obcumbant *G* | his *LG* | *fort.* loquendi finem | exurgit lenis m. uerbis *G* 19 amphimacum refutat pacem pet. ab Ach. *G* 20 persuadet *L* | Polydamas eadem suadet *om. L* 22 finis dic. *G*.

Priamus magno animo surgit, ingerit multa mala Antenori et Aeneae. eos belli appetendi *a*uctores fuisse, ut legati in Graeciam mitterentur, Antenorem quidem obiurgat, quia pacem *s*uadeat, cum ipse quo-
5 que legatus *i*erit et renuntiaverit se contumeliose tractatum esse et ipse bellum suaserit, deinde Aeneam qui cum Alexandro Helenam et praedam eripuerit: quapropter certum sibi esse pacem non fieri. imperatque, uti omnes parati sint, ut cum signum dederit,
10 *e* portis inruptionem faciant, aut vincere aut mori sibi certum esse. haec postquam multis verbis dixit hortatusque est eos, consilium dimittit, Amphimachum secum in regiam ducit dicitque ei vereri se ab his qui pacem suaserunt, ne oppidum prodant, eos ha-
15 bere de plebe multos qui una sentiant, opus esse eos interfici. quod si hoc factum sit, se esse patriam defensurum et Argivos superaturum. simulque rogat, ut sibi fidelis et obaudiens paratusque cum armatis sit, id sine suspitione posse fieri, postera die se in
20 arce ita uti solet rem divinam facturum eosque ad cenam vocaturum, tunc Amphimachus cum armatis inruptionem faciat eosque interimat. Amphimachus

---

1 surrexit *L* | mala multa *L* 2 ductores *libri*, auctores *Mercerius* | duct. app. b. f. in gr. mittendi legatos *G* 3 Antenorem — suadeat *om. G* 4 persuadeat *L*, *scripsi* suadeat | 5 Antenor *add. G post* quoque | redierit *libri*, *nos* ierit | renuntiauerit] non negauerit *L* 6 et suaserit bellandum esse *G* 7 eripuerat *L* 8 quapropotum esse *G* 9 ut hi *L* | ut *om. G* 10 e *addidi e coniectura*, *uidetur esse in F* 12 eos *add. F* 13 in r. s. duxit dicit *G* duxit dixitque *L*, *nos* ducit dicitque 15 sentiunt *L* 16 eos *om. G* | si id (*om.* quod) *G* | factum sit] fuerit *L* | esse *om. G* 17 et *om. L* 18 audiens *L* obaudiens sit *G* | arm||||is *L* 19 ad sit Sed id *L* sit idque *G* | ita f. p. *G* | *Quae sequuntur ex GF restitui.* postera — tunc] simulque suadet amphimacus se eos ad caenam peti. diuinamque rem facturum. et ita insidiis circumuenturum *L* 21 Amphimachus — interimat *om. L.*

consilium eius approbat seque hoc facturum promittit. atque ita ab eo discedit.

XXXIX. Eodemque die clam conveniunt Antenor Polydamas Ucalegon Dolon, dicunt se mirari regis pertinaciam, qui inclusus cum patria et comitibus perire malit quam pacem facere. Antenor ait se invenisse quod sibi et illis in commune proficiat, quod quo pacto fieri possit dicturum, si sibi fides servaretur. omnes se in fidem Antenori obstringunt. Antenor ut vidit se obstrictum, mittit ad Aenean, dicit patriam prodendam esse et sibi et suis esse cavendum, ad Agamemnonem de his rebus aliquem esse mittendum, qui id sine suspitione curet, maturandum esse, animadvertisse *se* Priamum iratum de consilio surrexisse, quia ei pacem suaserit, vereri se, ne quid novi consilii ineat. itaque omnes promittunt, statim Polydamantem qui ex his minime invidiosus erat ad Agamemnonem clam mittunt. Polydamas in castra Argivorum pervenit, Agamemnonem convenit, dicit ei quae suis placuerint.

---

1 cons. eius adpr. *om.* *L* | seque hoc] se *L* 2 atque *om.* *L* ab eo discedit *F* ab eo discessit *L* discessit ab eo *G* 3 eodem *G* | die clam *om.* *L* | conuenerunt *G* 4 uacalegon *L* | Amphidamas *libri post* Ucalegon, philidamas *F*, *expunxi hoc nomen in quo nihil aliud nisi* Polydamas *latere puto* | dolos *L* 5 clausus *G* 6 mallet *LG* malit *AR* | facere] fieri *G* | ait si *L* 7 quid faciendum sit *add.* *G* *post* inuenisse | quod] cum *G* | in commune — sibi *om.* *G* | prospiciat et consolatio *L* 8 et *L* quod *H* | dicturum *B* datum *L* sibi *L* | fides servaretur] foret fides *G* 9 omnes ei f. antenorem obstr. *L* *unde nostrum scripsi,* o. in f. se obstr. *G* 10 ut *om.* *G* 11 dicens prod. esse urbem *G* 13 quid *L* qui id *edit.* *Venet.* 1499 quo id *G* | suspectione *L* | curet] fiat. Celerius *G* 14 dixit *add.* *G* *post* esse | se *e coniectura addidi* | iratum *om.* *L* 15 ei aperte de pace *G* 17 statimque *G* | his] suis *L* | inuidiose *L* 20 placuerunt *G*.

